

domum remittit: duas legiones cum Celio uiniciano i
 ponto relinquit. Ita per gallogreciam bithiniamq; italia
 iter facit: omniumq; earum prouinciarum de contro-
 uersis cognoscit ac statuit iura in thetharchal: Reges
 ciuitates distribuit. Mithridatem pergamenum quo re
 foeliciter celeriterq; gestam in egypto superscripsimus:
 regio genere ortum: disciplinis etiam regis educatum:
 nam eum mithridates rex asie totius propter nobili-
 tatem pergamo paruulum secum apportauerat in castra:
 multosq; retinuerat annos: regem bosphori constituit qd
 sub imperio pharnacis fuerat: prouinciasq; populi ro. ab
 baxis atq; inimicis regibus: interposito amicissimo rege
 munuit. Eiusdem thetharchiam legibus gallogrecorū
 iure gentis & cognationis adiudicauit occupatam & pos-
 sessam paucis ante annis deiotaro. Neq; tamen usq; a
 diutius moratus est: q̄ necessitas urbanarum seditionū
 pati ui debeat. Rebus foelicissime celerimeque
 confectis: in italia celerius om̄ium opinione uenit;

(5)

AESAR ITINERIBVS IVSTIS CONFECTIS
 nullo die intermisso: ad xiii. Kal ianuarii
 Lilibeum peruēnit: statimq; ostendit sese
 naues uelle conscendere: cum non amplius legionem
 tironum haberet unam: equitesq; uix dc. tabernacu-
 lum secundum litus ipsum constituit: ut prope fluct-
 us uerberet. Hoc eo consilio fecit: ne quis sibi more q̄
 q̄ fore speraret: & ut omnes in dies horasq; parati es-
 sent. Incidit per idem tempus: ut tempestates ad na-

uigandum idoneas non haberet. Nihilominus in nauibus
remiges militesq; continere. & nullam pretermittere
occasionem profectiois: cum presertim ab incolis eius
prouincijs nunciarentur aduersariorum copijs: equi-
tatus infinitus: legiones regis. iiii. leuis armature magna
uis: Scipionis legiones x. elephanti cxx. classesq; esse co-
plures: tamen non deterrebat. animo & spe confide-
bat interim in dies: & naues longe adaugeri: & onera-
rijs complures eodem concurrere: & legiones tironum
conuenire: In iis ueterana legio quinta equitatus ad
duo milia: legionibus collectis sex: & equitum duobus
milibus. Ut queq; prima legio uenerat: in naues lon-
gas imponebatur. Equites autem in onerarias. Ita ma-
iorem partem nauium antecedere iussit: & insulam
petere aponianam que non abest a lilibeo: Ibiq; como-
ratus bona paucorum publice uendidit: deinde alie-
na: pretori qui siciliam obtinebat de omnibus rebus
precipit: & de reliquo exercitu celeriter imponendo
datis mandatis: nauem ipse conscendit ad vi. kl. Ian:
& reliquas naues statim est consecutus. Ita uento certo:
celeriq; nauigio uectus post diem quartam cum longis
paucis nauibus in conspectum africe feliciter uenit.
Namq; onerarijs relique preter paucas uento disperse atq;
errabunde: diuersa loca petierunt. clipeam classe pre-
teruehitur: deinde neapolim. Complura preterea cas-
tella & oppida non longe a mari relinquit. Postq; adru-
mentum accessit: ubi presidium erat aduersariorum
cui preerat. C. confidius & aclupeia secundum ora
maritimam cum equitatu adrumenti. C. N. piso cum
mauris circiter. iiii. milibus apparuit. Ibi paulisper

cesar ante portum commoratus: dum relique naues cō-
 uenirent. exponit exercitum: Cuius numerus ī presentia
 fuit peditum triūmilium. equitel CL. castrisq; ante oppidū
 positis sine iniuria cuiusq; consedit: cobibentur omnes à
 preda. Oppidani interim muros armatis complent: ante
 portam frequentes confident ad se defendendum: quorū
 numerus duarum legionum intus erat. Cesar circum
 oppidum uectus: natura loci perspecta: rediit in castra:
 non nemo culpe eius imprudentiq; assignabat: quod
 neq; circum loca gubernatoribus prefectisq; quid petere
 preceperat: neq; ut more ipsius consuetudo superiori-
 bus temporibus fuerat: tabellas signatas dederat: ut
 in tempore iis prolectis. locum certum peterent uni-
 uersi. Quod minime cesarem fefellerat: namq; nullū
 partem terre africe quo classes decurrerent: pro cer-
 to tutum ab hostium presidio fore suspicabatur: sed
 fortuito oblatam occasionem egressus aucupabatur.
 L. planus interim legatus petit à cesare: ut sibi dare
 potestatem cum considio agendi si posset aliqua ra-
 tione perduci ad sanitatem. Itaq; data facultate lit-
 teras conscribit. & eas captiuo dat perferendas in
 oppidum ad considium. Quo simul atq; captiuus cū
 peruenisset: litterasq; ut erat mandatum considio
 porrigere cepisset: priusq; acciperet: ille inquit un-
 de istas. Tum captiuus inquit à cesare. Tum considi-
 us unus est inquit Scipio imperator hoc tempore
 p. r. deinde in conspectu suo statim captiuum inter-
 fici iubet: litterasq; nondum perlectas sicut erant
 signate dat homini certo ad Scipionem perferen-
 das. Postq; una nocte & die ad oppidum consueta

neq; responsum ullum à confidio dabatur: neq; ei re-
liquæ copię succurrebant: neq; equitatus habundabat:
& ad oppidum oppugnandum non satis copiarum habe-
bat: & eas tironum: neq; primo aduentu cōuulnerari
exercitum uolebat: & oppidi egregia munitio & diffici-
les ad oppugnandum erant ascensus: & nunciabatur
auxilia magna equitatusq; oppidanis suppetias uenire:
non est uisa ratio ad oppugnandum oppidum cōmo-
randi: ne dum in ea re cesar esset occupatus: circū-
uentus à tergo ab equitatu hostium laboraret. Itaq; cas-
tra cum mouere uellet: subito ex oppido erupit mt-
titudo atq; equitatus subsidio uno tempore eis casu suc-
currit: qui erat missus à Iuba ad stipendium accipie-
dum. Castraq; inde cesar egressus iter facere ceperat:
occupant & eius agmen extremum insequi ceperūt.
Que res cum animaduersa esset: subito legionarij cō-
sistunt: & equites quanq; erant pauci: tamen con-
tra tantam multitudinem audacissime concurrūt.
Accidit res incredibilis: ut equites minus xxx galli:
maurorum equitum duo milia loco pollerent refu-
gerentq; in oppidum. Postq; repulsi & coniecti erāt
intra munitiones: cesar iter constitutum ire cō-
tendit. Quod cum sepius faceret: & modo insequeretur:
modo rursus ab equitibus in oppidū repelleren-
tur: cohortibus paucis ex ueteranis quas secum ha-
bebat in extremo agmine collocatis: & parte equi-
tatus iter leniter cum reliquis facere cepit. Ita q̄to
longius ab oppido discedebatur: tanto tardiores ad in-
sequendum erant. Humide interim in itinere ex
oppidis et castellis legationes uenire: polliceri frumē-

tum: paratosq; esse que imperasset facere. Itaq; eo die cas-
 tra posuit ad oppidum ruspianam kat. lan. Inde mouit
 & peruenit ad oppidum leptim liberam ciuitatem & im-
 munem. Legati ex oppido ueniunt obuiam libenter: se
 omnia facturos que uellet pollicentur. Itaq; centurioni-
 bus ad portas oppidi & custodijs impositis: ne quis miles
 in oppidum introiret: aut iniuriam facere cuiquam
 incolę non longe ab oppido secundum litus facit castra.
 Eodem naues onerarię & longe nonnullę casu adue-
 nerunt. Reliquęq; ut est ei nunciatum incertę lo-
 corum uticam uersus petere uise sunt. Interim Ce-
 sar amari non digredi: neq; mediterranea petere
 propter nauium errorem equitatumq; in nauibus
 omnem continere ut arbitror: ne agri uastarentur:
 aquam in naues iubet comportari. Remiges interiz
 qui aquatum ex nauibus exierant: subito equites
 mauri non opinantibus cesarianis: adorti multos
 iaculis cõuulnerauerunt: non nullos interfecerunt.
 Latent enim in insidijs cum equis inter conualles: &
 subito extra eunt: non ut campo cõtinuus depugnēt.
 Cæsar interim in sardiniam nuncios cum litteris & in re-
 liquas prouincias finitimas dimisit: ut sibi auxilia com-
 meatus frumentumq; simul atq; litteras legissent: mitte-
 da curarent: exoneratisq; partim nauibus longis rabiri-
 um postumum in siciliam ad secundum cõmeatum
 accersendum mittit. Interim cum .x. nauibus lon-
 gis ad reliquas naues onerarias conquirendas que de-
 errassent: & simul mare tuendum ab hostibus iubet
 proficisci. Item C. salustium crispum pretorem ad ce-
 trinam insulam uersus quam aduersarij tenebant. cū

parte nauium ire iubet: quod ibi magnum numerū
frumenti esse audiebat. Hęc itaq; imperabat unicuiq;
precipiebātq; ut fieri posset: nec locum excusatio ullū
haberet: nec moram tergiversatio. Ipse interea ex perfu-
gis & incolis cognitis conditionibus Scipionis: & qui cū
eo contra se bellum gerebant miserari. Regium em̄
equitatum Scipio & prouincia africa aiebat: tanta
hominum erat dementia: ut mallerent regis esse uec-
tigales q̄ cum ciuibus in patria in suis fortunis esse in-
columes. Cęsar ad iiii. non̄ lan̄ castra mouet: Leptiq;
sex cohortium presidio cum saferna relicto: ipse rur-
sus unde pridie uenerat ruspinam cum reliquis co-
pijs conuertit: ibiq; sarcinis exercitus relictis ipse cum
expedita manu proficiscitur circum uillas frumenta-
tum: oppidanisq; imperat: ut plaustra iumentaq; om̄ia
sequantur. Itaq; magno numero frumenti inuento:
ruspinam rediit. Hoc eum idcirco existimo fecisse:
ne maritima oppida post se uacua relinqueret: presi-
dioq; firmata ad classis receptacula muniret. Itaq; ibi
relicto: P. saferna fratre eius quem Lepti proximo oppido
reliquerat cum legione: iubet comportari ligna in op-
pidum q̄ plurima. Ipse cum cohortibus vii. que ex uete-
ranis legionibus in classe cum Sulpicio & Vatinio rem ges-
serat: ex oppido ruspina egressus proficiscitur ad portū
qui abest ab oppido mil̄ pass. ii. ibiq; classem sub uesperū
cum ea copia conscendit. Omnibus in exercitu miscis
& requirentibus imperatoris consilium magno metu
ac tristi sollicitabantur. Larua enim cum copia &
ea tironum neq; omni exposita in africa contra ma-
gnas copias & insidiosas nationis equitatumq; innume-

rabilem se expositos uidebant: neq; quicq; solatij in presen-
 tia. neq; auxilium in suorum consilio animaduertebant: ni-
 si in ipsius imperatoris uultu uigore mirabiliq; ilaritate.
 Animum enim altum & erectum preserebat. Huius ac-
 quiescebant homines & in eius scientia & consilio omnia
 sibi procliuia omnes fore sperabant. Cesar una nocte
 in nauibus consumpta: iam celo albente: cum proficisci
 conaretur. subito nauium pars de qua timebat ex erro-
 re: eodem conferebatur. Hac re cognita cesar celeriter
 de nauibus imperat omnes egredi: atq; in litore arma-
 tos reliquos aduenientes spectare. Itaq; sine mora na-
 uibus eis in portum receptis: & aduectis militum equi-
 tumq; copiis: rursus ad oppidum ruspinaam redit: atq;
 ibi castris constitutis: ipse cum cohortibus xxx. frumen-
 tatum est profectus. Ex eo est cognitum cesaris con-
 silium. illum cum ea classe nauibus onerarijs que de-
 errassent subsidio ire clam hostibus uoluisse: ne casi-
 bus imprudentes sue naues in classem aduersariorum
 inciderent. Neq; eam rem eos uoluisse scire qui in pre-
 sidijs relictis fuissent: uti nihil propter suorum pauci-
 tatem & hostium multitudinem metu deficerent.
 Interim cum iam cesar progressus esset ex castris circa
 mil passuum per speculatores & antecessores equites
 nunciatur: ei copias hostium haud longe a sese uisas:
 & hercule cum eo nuncio puluis ingens conspicitur.
 Hac re cognita: cesar celeriter iubet equitatu
 uniuersum cuius copiam habuit in presentia non ma-
 gnas: & sagittarios quorum paruus ex castris exierat
 numerus accersi atq; ordinatum signa se leniter con-
 sequi: ipse antecedere cum paucis armatis: iamq; cu

procul hostis conspici posset milites in campo iubet galeari & ad eam pugnam parari: quorum omnino numerus fuit xxx. cohortium cum equitibus cccc. sagittariis: Et hostes interim quorum dux erat Labienus & duopacidius acie dirigunt: mirabilem longitudinem non peditum sed equum confectam: & inter eos leuis armaturæ numidas & sagittarios pedites interposuerant: & ita condensauerant: ut procul cesariam pedestres copias arbitrarentur dextrum ac sinistrum cornu magnis equitatum copiis firmauerant. Interim cesar aciem dirigit simplicem ut poterat propter paucitatem: sagittarios ante aciem constituit: equites dextro sinistroq; cornu opponit: & ita precepit ut prouiderent: ne multitudine equitatus hostium circumuenirentur: existimabat enim se cum pedestribus copiis acie instructa dimicaturum. Cum utriusq; expectatio fieret: neq; cesar se remoueret: & cum suorum paucitate contra magnam uim hostium artificio magis q; uiribus decertandum uideret subito aduersariorum equitatus sese extendere & in latitudinem promouere: collesq; complecti: & cesaris equitatum extenuare: simulq; ad circumeundum comportare se ceperant. Cesariani equites eorum multitudinem egre sustinebant. Acies interim medie circūcurrere conarentur: subito ex condensis turmis numidæ leuis armaturæ cum equitibus procurruunt: & inter legionarios pedites iacula coniciunt. Hic cum cesariani in eos impetum fecissent: ad illorum equites fugiebant: pedites interim resistebant: dum equites rursus cursu renouato peditibus succurrerent. Cesari nouo gne pugne obliuio cum animaduertet ordines suorum

in procurrando turbari. Pedites enim dum equites longi-
 us absignis persequuntur: latere nudato: a proximis nu-
 midis iaculis uulnerabantur. Equites autem hostium: pi-
 lum militis cursu facile uitabat. Edicit per ordines: ne
 quis miles absignis quattuor pedes longius procederet.
 Equitatus interim Labieni suorum multitudine confusus:
 cesaris circuire paucitatem conatur: & equites iuliam
 pauci multitudine hostium defessi equis conuulnera-
 tis paulatim cedere: hostes magis magisque instare: ita
 puncto temporis horum omnibus legionariis ab hostium
 equitatu circumuentis: cesarisque copiis in urbem compul-
 sis intra cancellos omnes coniecti pugnare cogebantur.
 Labienus in equo capite nudo uersari in prima acie simul
 suos cohortari non nunquam legionarios cesaris ita appellare.
 Quid tu inquit miles tiro tam ferus oculus es? Vos quoque
 iste uerbis infatuauit: in magnum hercule periculum im-
 pulit. Misereor uestri. Tum miles: non sum inquit tiro
 Labiene: sed de legione decima ueteranus. Tum Labienus
 non cognosco inquit signa decumanorum. Tum ait mi-
 les: iam me quid sim intelliges: simul cassidem de capi-
 te deiecit: ut cognosci ab eo posset: atque ita pilum con-
 tortum uiribus dum in Labienum mittere contendit:
 equi grauiter aduerso pectori affixit: & ait Labiene
 decimum militem qui te petit scito esse: omnium
 tamen animi in terrorem coniecti & maxime tironum:
 circumspicere enim cesarem: neque amplius facere nisi
 hostium iacula uitare. Cesar interim consilio hosti-
 um cognito: iubet aciem in longitudinem quam maxima
 porrigi: & alternis conuersis cohortibus: ut una post al-
 teram ante signa tenderet. Ita coronam hostium dex-

tro sinistroq; cornu mediam dimidiam diuidit: & unā
partem ab altera exclusam equitesq; intrinsecus adortq;
cum pediatu telis coniectis in fugam uertit: neq; longi-
us progressus ueritus insidias se ad suos recipit: idem al-
tera pars equitum peditumq; cesaris fecit. His rebus gestis
ac procul hostibus repulsis conuulneratisq; ad sua presidia
se sicut erat institutum recipere cepit. Interim M.
petreius & C. N. piso cum equitibus numidis ccc. electis
peditatq; eiusdem generis satis grandi exitinere rec-
to subsidio suis concurrerunt: atq; hostes suis ex terro-
re firmatis rursusq; renouatis animis legionarios con-
uersis equitibus recipientes nouissimos adoriri & impe-
dire ceperunt: quo minus se in castra reciperent. Hac
re animaduersa cesar iubet signa conuerti & medio
campo reintegrari prelium. Cum ab hostibus eodem
modo pugnaretur: nec cominus ad manus rediretur:
cesarisq; equites & iumenta ex nausea recenti: siti: la-
gore: paucitate: uulneribus defatigati insequendum
hostem perseuerandumq; cursum tardiozem haberet:
dieiq; pars exigua iam reliqua esset: cohortibusq; circū-
datus imperat ut uno ictu contenderent: neq; remit-
terent donec ultra ultimos colles hostes repulissent atq;
eorum essent potiti. Itaq; signo dato cum iam hostes lan-
guide tela negligenter mitterent: subito inmittit cohor-
tes turmasq; suorum atq; puncto temporis hostibus nul-
lo negotio campo pulsus: post collemq; deiectis nactilo-
cum atq; ibi paulisper commorati ita uti erat instrue-
ti leniter se ad suas recipiunt munitiones. Interim
ea re gesta & prelio dirempto ex aduersariis perfuge
plures & omni genere hominum & preterea intercepti

hostium complures equites peditesq; ex quibus cognitum
 est consilium hostium eos hac mente & conatu uenisse.
 ut nouo atq; inusitato genere praelij tirones legionarij
 pauciq; perturbati curionis exemplo ab equitatu circūue-
 ti opprimerentur. & ita lubam disse pro contione tan-
 tam se multitudinem auxiliorum aduersarijs cesaris su-
 ministraturum ut etiam cedendo in ipsa uictoria defa-
 tigati uincerentur. atq; a suis superarentur. Quippe qui in
 nullo illorum sibi confideret: primum quod audierat ro-
 me legiones ueteranas dissentire neq; in africanam uelle tra-
 sire: deinde quod triennio in africa suos milites consuetu-
 dine retentos fideles iam sibi effecisset: maxima autem
 auxilia haberet: numidarum equitumq; leuis armatu-
 re. Preterea ex fuga praelioq; pompeiano labienus quos
 secum a brundisio transportauerat equites germanos
 gallosq;. Ibiq; postea ex hybridis libertinis seuisq; conscip-
 serat: armauerat: equoq; uti frenato condocuerat. Pre-
 terea regia auxilia elephantis c. xx. equitatisq; innume-
 rabilis: deinde legiones conscripte & cuiusq; modi gene-
 ris amplius xii. mil. Hac spe atq; audacia ea inflamatus La-
 bienus cum equitibus gallis germanisq; dccc. numidarum
 sine frenis viii. mil. Preterea petreiano auxilio adhibi-
 to equitibus dccc. peditem ac leuis armature quater tā-
 tis sagittarijs ac funditoribus hypotoxotisq; compluribus.
 his copijs pridie non. lan. post diem tertium q; africanam atti-
 git in campis planissimis perussimusq; ab hora diei quinta
 usq; ad solis occasum est decertatum in eo praelio. Petreius
 grauius ictus ex acie recessit. Cesar enim interim cas-
 tra munire diligentius presidiaq; firmare copijs maiori-
 bus: uallumq; ab oppido ruspina usq; ad mare deducere.

& à castris alterum eodem quo tutius ultro citroq; com-
meatus auxiliaq; sine periculo sibi succurrere possent: tela
tormenta q; ex nauibus in castra comportare: remigū
partem gallozum ex classe rhodiorum epibatarumq;
armare & in castra euocare uti si posset: eadem ratio-
ne qua aduersarij leuis armatura interiecta inter equi-
tes suos interponeretur: sagittarijsq; ex omnibus nauibus
ithyreis syris & cuiusq; generis ductis in castra compli-
ribus frequentabat suas copias. Audiebat enim Scipionē
post diem tertium eius diei quo p̄lium factum erat ap-
propinquare: copias suas cum labieno & petreio coniu-
gere cuius copie Legionum octo: equitum quattuor mil-
le nunciabatur: officinas ferrarias instruere: sagitte quo-
tela uti fierent complura curare: glandes fundere: su-
des comparare: litteras in Siciliam nunciosq; mittere:
ut sibi crates materiemq; conuingerent ad arietes cuius
inopia in africa esset. Preterea ferrum pluximum mitte-
retur. & iam animaduvertebat frumento se in africa
nisi portato uti non posse: priore anno em̄ propter ad-
uersariorum delectus: quod stipendiarii aratores milites
essent facti: messem non esse factam. Preterea ex omni
africa frumentum aduersarios in pauca oppida & bene
munita comportasse: omnemq; regionem africa exinanis-
se frumento. oppida preterea pauca que ipsi suis presidii-
is tueri poterant: reliqua dirui ac deleri & eorum incolas
inter sua presidia coegisse commigrare: agros desertos ac
uacuatos esse. Hac necessitate cesar coactus priuatos am-
biendo & blande appellando aliquantum numerum fru-
menti in sua presidia congesserat: & eo parato utabat.
Opera enim interim ipse quotidie circūire: & armatas

cohortes instatione habere propter hostium multitudinem.
 Labienus saucios suos quorum maximus numerus fuit:
 iubet in plaustris deligatos ad adrumentum deportari. Na-
 ues interim Caesaris onerarijs exrabunde maleuagabantur.
 incertis locorum atq; castrorum suorum quas singulas sca-
 phis aduersariorum complures adortis incenderant atque
 expugnabant. Hac re nunciata cesari classes circu insu-
 las portusq; disposuit quo tutius comneatus supportari pos-
 set. M. Cato interim qui utiq; preerat. CH. pompeii fili-
 um multis uerbis assidueq; obiurgare non desistebat. Tu-
 us inquit pater istius statis cum esset & animaduertis-
 set rem pu. ab arduis sceleratisq; ciuibus oppressam: bonosq;
 aut interfectos aut exilio mulctatos patria ciuitateq; ca-
 rere: gloria & animi magnitudine elatus priuatusq; ado-
 lescentulus paterni exercitus reliquijs collectis: pene op-
 pressam funditus & deletam italiam urbemq; romana
 in libertatem uendicauit: idemq; Siciliam aſicam nu-
 midiam mauritaniam mirabili celeritate armis rece-
 pit. Quibus ex rebus sibi eam dignitatem que est per-
 gentes clarissima rarissimaq; conciliauit. Adolescentu-
 lusq; atq; eques romanus triumphauit. Atq; non ita ille
 amplis rebus gestis patris neq; tam excellenti maiorum
 dignitate parata: neq; tantis clientibus nominisq; clari-
 tate preeditus in rem pu. est ingressus. Tu contra &
 patris nobilitate & dignitate & parte ipse satis animi
 magnitudine diligentiaq; preeditus: non ne eniteris
 & proficisceris ad paternas clientelas: & auxilium tibi
 rei q; pu atq; optimo ciui efflagitatum. His uerbis homi-
 nis grauissim; incitatus adolescentulus cum nauiculis
 cuiusq; modi generis xxx mibi paucis rostratis pfectus

ab utica in mauritaniam regnumq; bogudis est ingressus:
expeditoq; exercitu numero seruatorum liberorumq; ii mil:
cuius partem inermem: partem armatam habuerat: ad
oppidum ascurum accedere cepit. In quo oppido presi-
dium fuit regium. Pompeio adueniente oppidani usq; eo
passi propius eum accedere donec ad ipsas partes ac murus
appropinquaret: subito eruptione facta: prostratos pexter-
ritosq; pompeianos in mare nauesq; passim compulerunt.
Ita re male gesta. Cn. pompeii filius naues inde auertit:
neq; postea litus attigit: classemq; ad insulas baleares uer-
sus conuertit. Scipio interim cum iis copiis quas paulo an-
te demonstrauimus utice grandi presidio relicto pro-
fectus primum adrumenti castra ponit. Deinde ibi pau-
cos commoratus dies: noctu itinere facto: cum Labieni
& petreii se copiis coniungit: atq; unis castris factis. iii.
pass. longe consistunt. Equitatus interim eorum circa
cesaris munitiones uagari atq; eos qui pabulandi atq;
aquandi gratia extra uallum progressi essent: exci-
pere ita omnes aduersarios intra munitiones contine-
re. Quare cesariani graui annoa sunt conflictati:
ideo quod nondum neq; ab Sicilia neq; ab Sardinia
commeatus supportatus erat: nec per anni tempus
in mari classes sine periculo uagari poterant: neq; am-
plius mil. pass. vi terre africe quam uersus tenebant: pabu-
liq; inopia premebantur. Qua necessitate coacti ueterani mi-
lites equitesq; qui multa terra mariq; bella confecissent: &
periculis inopiaq; tali sepe essent conflictati: alga e litore
collecta: & aqua dulci elota iumentis exurientibus da-
ta uitam eorum producebant. Dum haec ita fieret: Rex
Iuba cognitis cesaris difficultatibus: copiarumq; paucitate:

non est uisum dari spatium conualescendi agendiq; eius
 opes. Itaq; comparatis equitum magnis peditumq; copijs
 subsidio suis: egressus e regno ire contendit. L. Lucius inte-
 rim & Rex Bochus coniunctis suis copijs: & cognito regis
 Iuba egressu: propius eius regnum copias suas admouere: cir-
 tamq; oppidum opulentissimum eius regni adortus: paucis
 diebus pugnando capit: & preterea duo oppida getulor;
 quibus cum conditionem ferret: ut oppido excederent:
 idq; sibi uacuum traderet: conditionemq; repudias-
 sent: postea ab eis capti interfectiq; sunt: omnes inde progres-
 sus agros oppidaq; uexare non desistit. Quibus rebus
 cognitis Iuba cum iam non longe a Scipione atq; eius du-
 cib; abesset capit subsidium satius esse sibi suoq; regno sub-
 sidio ire: q; dum alios adiuturus proficisceretur. Ipse suo
 Regno expulsus forsitan utraq; re expelleretur. Itaque
 rursus se recepit: atq; auxilia etiam ab Scipione abduxit:
 sibi suisq; rebus timens: elephantisq; xxx. relictis suis finibus
 oppidisq; suppetiasq; profectus est. Caesar cum de suo in-
 terim aduentu: dubitatio in prouincia esset: neq; qsq;
 crederet ipsum: sed aliquem legatum in africanam cu
 copijs uenisse conscriptis litteris circum prouinciam: om-
 nes ciuitates facit de suo aduentu certiores. Interim no-
 biles homines ex suis oppidis profugere: & in castra cesa-
 ris deuenire: & de aduersariorum eius crudelitate acer-
 bitateq; commemorare coeperunt. Quorum lachri-
 mis querelisq; cesar commotus: cum antea stare consti-
 tuisset instatus castris estate imita cunctis copijs au-
 xilijsq; coactis: bellum cum suis aduersarijs gerere insti-
 tuit: litterisq; celeriter in Siciliam ad illienum & Rabi-
 rium postumum conscriptis & per catasopum missis ut

ut sine mora ac nulla excusatione hiemis uentorumque
quod celerrime exercitus sibi transportaretur. Africam prouin-
ciam perire funditusque euerti ab suis inimicis: quod nisi
celeriter sociis fore subuentum: preter ipsam africam ter-
ram nihil ne tectum quidem quo se reciperent ab illo-
rum scelere insidiisque reliquum futurum atque ipse in ta-
ta erat festinatione & expectatione: ut postero die
quod misisset litteras nunciumque in siciliam classemque
exercitumque morari diceret dies noctesque mentem
oculosque ad mare dispositos directosque haberet: nec mirum
animaduvertebat enim uillas exuri: agros uastari: pe-
cus diripi: trucidarique: oppida castellaque dirui deserique
principesque ciuitatum aut interfici aut in matris
teneri: liberos eorum obsidum nomine in seruitute
abrupi: uis se in miseris suamque fidem implorantibus au-
xilio propter copiarum paucitatem se esse non posse mi-
lites interim in opere exercere atque castra munire tur-
resque castellaque facere: moles iacere in mare: non inter-
mittere. Scipio interim elephantos hoc modo conduce-
re instituit: duas instruxit acies. Vnam funditorum
contra elephantos que quasi aduersariorum locum ob-
tineret: & contra eorum frontem aduersam lapillos
minutos mitteret. Deinde in ordinem elephantos
constituit: post illos autem suam aciem instruxit: ut
cum ab aduersariis lapides mitti cepissent: & elephanti
perterriti se ad suos conuertissent. Rursus ab sua a-
cie lapidibus missis eos conuerterent aduersus hostem:
quod egre tardeque fiebat. audere enim elephanti in-
torum armorum doctrina usque uetusto uix edoc-
ti: tamen communi periculo in aciem produciuntur.

Dum hec ad auruspnam ab utrisq; ducibus administra-
 tur. C. virgilius pretorius qui tapso oppido maritimo
 preerat cum animaduertisset naues singulas cum exer-
 cita cesaris incertas locorum atq; castrorum suorum ua-
 gari: occasionem nactus nauim quam ibi habuit adua-
 riam complet militibus & sagittarijs: & eidem scaphas
 de nauibus adiungit: ac singulas naues cesarianas
 confectari cepit: & complures adortus esset: pulsus
 fatigatusq; inde discessisset: nec tamen desisteret pe-
 riclitari: forte incidit in nauem in qua erant titi his-
 pani adolescentes tribuni leg^v: quorum patrem cesar
 in senatum legerat: & cum his T. L. salienus centurio
 legionis eiusdem qui M. messalam legatum obsiderat
 messanę: & seditiosissima oratione apud eum est u-
 sus: idemq; pecuniam & ornamenta triumphis cesaris
 retinenda & custodienda curarat: & ob has causas
 sibi timebat. Hic propter conscientiam peccatorum suo-
 rum persuasit adolescentibus ne repugnarent: sese que
 uirgilio traderent. Itaq; deducti a uirgilio ad Scipione
 custodibus traditi: & post diem tertium sunt interfec-
 ti. Qui cum ducebantur ad necem: petisse dicitur
 maior Titus a centurionibus uti se priorem q̄ fratrem
 interficerent: idq; ab eis facile impetrasse: atq; ita esse
 interfectos. Turmę interim equitum que pro ualloy
 stationibus esse solebant: ab utrisq; ducibus quotidie mu-
 tuis prelijs inter se depugnare non intermittunt: non-
 nunq; etiam germani galliq; labienani cum cesaris
 equitibus fide data inter se colloquebantur. Labienus
 interim cum parte equitatus leptim oppidum cui pre-
 erat Saserna cum cohortibus tribus oppugnare ac ui ir-

rumpere conabatur. Quod ab defensoribus propter egregia munitionem oppidi & multitudinem tormentorum facile & sine periculo defendebatur. Quod ubi eius sepius equitatus facere non intermittebat: & cum forte ante portam turma densa alitisset: scorpione accuratius missis: atq; eorū decurione percussis: & ad terram defixis: reliqui perterriti fuga se in castra recipiunt quo facto postea sunt deterriti oppidum temptare. Scipio interim fere quotidie non longe à suis castris pass. ccc. instruere aciem ac maiore parte diei consumpta rursus se in castra recipere. Quod cum sepius fieret: neq; ex cesaris castris quisq; prodiret: neq; propius eius copijs accederet: despecta patientia cesaris exercitusq; eius. Iuba uniuersis copijs productis: elephantisq; turrif. xxx. ante aciem instructis: q̄ latissime potuit: porrecta equitum peditumq; multitudine: uno tempore progressus haud longe à cesaris castris constitit in campo. Quibus rebus cognitis: cesar iubet milites q; extra munitiones minutatim modesteq; sine tumultu aut terrore se recipere atq; in opere consistere: equitib; autem qui in statione fuerant precipit: ut usq; eo locū obtinerent. In quo pabulo ante constitissent: donec ab hoste telum missum ad se perueniret: quod si propius accederetur: q̄ honestissime se intra munitiones reciperet: alii quoq; equitatu edicit: uti quisq; suo loco paratus armatusq; presto esset. A hec non ipse per se coram cum de uallo per specularetur: sed mirabili pariter scientia bellandi in pretorio sedens per speculatores & nuncios imperabat que fieri uolebat. Animaduvertebat enim quāq; magnis essent copijs aduersarij freti: tamen sepe à se fugatis pulsis perterritisq; & concessam uitam & ignota peccata. Quibus

rebus nunq̄ tanta sup̄eēret ex ipsorum inertia conscientia
 atq̄ animi uictorię fidiucia. ut castra sua adoriri auderēt.
 Ireterea ipsius nomen auctoritasq̄ magna ex parte eorum
 exercitus minuebat audāciam. Tum egregie munitiones
 castrorum atq̄ ualli fossarūmq̄ altitudo & extra uallū
 stili tecti mirabilem in modum confiti uel sine defensori-
 bus aditum aduersariis prohibebant: scorpionum & cata-
 pultarum: ceterorūmq̄ telorum que ad defendendū
 solent parari magnam copiam habebat: atq̄ hec propter
 exercitus sui presentis paucitatem & tirocinium prepa-
 rauerat non hostium ui & metu commotus sapientem
 se timidūmq̄ hostium opinioni precebat: neq̄ idcirco co-
 pias quanq̄ erant paucę tironūmq̄ non ducebat in
 aciem quod uictorię suorum non confideret: sed re-
 ferre arbitrabatur cuiusmodi uictoria esset futura. Tur-
 pe enim sibi existimabat tot rebus gestis tantisq̄ exerci-
 tibus deuictis: tot tam claris uictorijs partis ab relijs
 copijs aduersariorum suorum ex fuga collectis se-
 cruentam adeptum existimari uictoriam. Itaq̄ cō-
 titiuerat gloriam exultationēmq̄ eorum pati: donec
 sibi ueteranarum legionum pars aliqua in secundo cō-
 meatu occurrisset. Scipio interim paulisper: ut antea
 dixi in eo loco commoratus ut quasi despexisse cęsa-
 rem uideretur: paulatim reducit suas copias in cas-
 tra: & contione aduocata de terrore suo desperati-
 onēq̄ exercitus cęsarī facit uerba: & cohortatus
 suos uictoriam propriam se eis breui daturum polli-
 cetur. Cęsar iubet milites rursus ad opus redire:
 & per causam munitionum tirones in labores defa-
 tigare non intermittant. Interim numidę getuliq̄

diffugere quotidie ex castris scipionis & partim in regnū
se conferre: partim quod ipsi maioresq; eorum beneficio
C. marij usi fuissent. Cesaremq; eius affinem esse audie-
bant in eius castra perfugere cateruatim non intermit-
tebant. Quorum ex numero electis hominibus illustrio-
ribus getulos & litteris ad suos ciues datis cohortatus: uti
manufacta se suosq; defenderent: & ne suis inimicis aduer-
sarijsq; dicto audientes essent mittit. Dum hæc ad A-
ruspnam fiunt: Legati ex accilla ciuitate ueniunt li-
bere etiam undiq; ad cesarem seq; paratos quæcunq;
imperasset: & libenti animo pollicentur facturos: tā-
tum orare & petere ab eo ut sibi presidium daret: quo
tūtius id & sine periculo facere possent: sed & frumen-
tum & quæcunq; res eis suppeteret: communis salutis
gratiam sumministraturos. Quibus rebus facile a ces-
sare impetratis presidioq; dato. C. messium edilicia fūc-
tum potestate accillam iube proficisci. Quibus rebus
cognitis: Considius longius qui adrumenti cum dua-
bus legionibus & equitibus. dcc. præerat: celeriter sibi
parte presidij relicta cum viii. cohortibus ad accillā
ire contendit. Messius celerius itinere confecto pri-
or accillam cum cohortibus peruenit. Considius inte-
rim cum ad urbem cum copiis accessisset presidium
cesaris sibi esse: non ausus periculo suo rem facere: nul-
la re gesta pro multitudine rursus se ad adrumentum
recepit. Deinde paucis post diebus equestribus copiis a
Labieno adductis: rursus accillitanos castris positos obside-
re cepit. Per id tempus. C. salustius crispus quem pau-
cis ante diebus missum a cesare cum classe demonstra-
uimus ceruinam peruenit: cuius aduentu. C. decimus

& animaduertisse

questorius

questorius: qui ibi cum grandi familie sue presidio preerat.
 commeatui paruulum nauigium nactus conscendit: ac
 fugę commendat. Salustius interim pretor a cercinita-
 nis receptus magno numero frumenti inuento naues one-
 rarias quarum ibi satis magna copia fuit: complet: atq;
 in castra ad cesarem mittit. Allienus interim proconsul
 e lilibeo in naues onerarias imponit legionem xiii. & xiiii.
 & equites gallos. dccc. funditorum sagittariorumq; m. ac
 secundum comneatum in africanam mittit ad cesarem.
 Quę naues uentum secundum noctę quarto die in por-
 tum ad aruspnam ubi cesar castra habuerat incolu-
 mes peruenerunt. Ita cesar duplici letitia ac uolupta-
 te uno tempore auctus frumento auxilijsq; tandem suis
 exhilaratus animo atq; leuata sollicitudine deponit le-
 giones equitesq; e nauibus egressos iubet ex langore
 nauisq; reficere: dimissos in castella munitionesq; dispo-
 nit. Quibus rebus Scipio quiq; cum eo essent comites mi-
 rari ac requirere. C. cesarem qui ultro consueisset bellū
 inferre ac lacessere prelio subito commutatum non
 sine magno consilio suspicabantur. Itaq; ex eius patien-
 tia in magnum timorem coniecti ex getulis duos quos
 arbitrabantur suis rebus amicissimos magnis premijs polli-
 citationibusq; propositis pro perfugis speculandi gratia i ca-
 stra cesaris mittunt. Qui simul ad eum sunt deducti pe-
 tierunt: ut sibi liceret uerba sine periculo proloqui. Lo-
 testate facta se penumero inquit imperator complures
 getuli qui sumus clientes. C. marij: & prope modum om-
 nes ciues romanos qui sunt in legione quarta & vii.
 ad te uoluimus in tuaq; presidia confugere. Sed custo-
 dijs equitum numidarum: quod id sine periculo ming

faceremus impediebamur. Hunc data facultate pro specu-
latoribus missi à Scipione ad te cupidissime uenimus.
ut perspiceremus nunc que fosse aut insidie elephantis
ante castra portasq; ualli facti essent: simulq; consilia uel-
tra contra easdem bestias comparationemq; pugne cognos-
ceremus atq; his renunciaremus. Qui collaudati à cesa-
re stipendiq; donati ad reliquos perfugas deducuntur.
Quorum orationem celeriter ueritas comprobauit: namq;
postero die ex legionibus iis quas getuli nominauerunt: mi-
lites legionarii complures ab Scipione in castra cesaris
perfugerunt. Dum hæc ad aruspnam geruntur: M. cato
qui utiq; præerat: delectusq; quotidie libertinorum afro-
rum seruorum deniq; & cuiusq; modi gn̄is hominum qui
modo per etatem arma ferre poterant habere atq; subma-
num Scipionis in castra summittere non intermittit. Le-
gati interim ex oppido thysdræ in quad tritici modia
mille. ccc. comportata fuerant à negociatoribus ita-
licis aratoribusq; ad cesarem uenere: quantaq; copia
frumenti apud se sit docent: simulq; orant: ut sibi p̄-
sidium mittat: quo facilius & frumentum & copie sue
conseruentur. Quibus cesar in presentia gratias egit:
presidiumq; breui tempore se missurum dicit: cohorta-
tusq; ad suos ciues iube proficisci. T. siccius interim cū
copijs numidie fines ingressus castello in montes loco mu-
nito locato in quo luba belli gerendi gratia & frumentū
& res ceteras que ad bellum usui solent esse comportau-
rant: ui expugnato est potitus. Cesari postq; legionibus
ueteranis duabus equitatu leuiq; armatura copias
suas ex secundo comæatu auxerat: naues sex onerari-
as statim iubet lilibeum ad reliquum exercitum tras-

portandum proficisci. Ipse v. kl. febr. circiter uigilia prima
 impecat speculatores apparitoresq; omnes: ut sibi preesto es-
 sent. Itaq; omnibus inscijs neq; suspicantibus uigilia iii iu-
 bet omnes legiones extra castra educi atq; se consequi ad
 oppidum ruspinaam uersus in quo ipse presidium habuit:
 & quod primum ad amicitiam eius accessit. Ide paruu-
 lam decliuuitatem digressus sinistra parte campi pp
 mare legiones ducit. Hic campus mirabili planicie pa-
 tet mit pass xv. quod iugum ingens a mari ortum neq; ita
 prealtum uelut theatri efficit speciem. In hoc iugo colles
 sunt excelsi pauci: in quibus singule turres speculeq; singule
 per ueteres erant ante collocatae: apud quos ultimum pre-
 sidium & statio fuit Scipionis. Postq; caesar ad iugum
 de quo docui ascendit atq; in unumqueng; collem turres
 castellaq; facere coepit: atq; ea minus semihora effecit.
 Et postq; non ita longe ab ultimo colle turriq; fuit quae
 proxima fuit castris aduersariorum in qua docui esse
 presidium stationemq; numidarum paulisper comoratus
 perspectaq; natura loci equitatu in statione disposito legio-
 nibus opus attribuit: brachiumq; medio iugo ab eo loco
 ad quem peruenerat usq; ad eum unde egressus erat iu-
 bet dirigi ac muniri. Quod postq; Scipio Labienusq; ani-
 maduerterunt: equitatu omni ex castris educto: acieq;
 equestri instructa a suis munitionibus circiter pass. m.
 progrediuntur: pedestremq; copiam in secunda acie
 minus pass. cccc. a castris suis constituunt. Caesar in ope
 milites adhortari neq; aduersariorum copijs moueri iam
 cum non amplius pass. d. inter hostium aciem suasque
 munitiones esse animaduertisset: intellexissetq; ad im-
 pediendos milites suos & ab opere depellendos hostem.

propius accedere necesseq; haberet. legiones àmunitionib; deducere imperat. turme hispanorum. ut ad proximū collem properare accurrerent. presidiumq; inde deturbarent. locumq; caperent. eodemq; iube & leuis armaturis paucos cōsequi subsidio. qui missi celeriter numidas adorti partim uiuos capiunt nonnullos equites fugientes conuulnerauerunt. Locosq; sunt potiti. Postq; id Labienus animaduertit. quo celerius eis auxilium ferret. ex acie instructa equitatus sui prope totum dextrum cornu auertit. atq; suis fugientibus suppetias ire contendit. Quod ubi cesar conspexit. Labienum à suis copijs longius iam abcessisse. equitatus sui alam sinistram ad intercludendos immisit. Erat in eo campo ubi ea res gerebatur. uilla permagna turribus quattuor exstructa que Labieni prospectum impediēbat. ne posset animaduertere ab equitatu cesaris se intercludi. Itaq; non prius uidit turmas uilianas q̄ suos sentit. à tergo cedi. Ex qua re subito in terrorem conuerso equitatus numidarū recta in castra fugere contendit. galli germaniq; sui resistēbant ex superiore loco & post tergum circūuenti fortiterq; resistentes conciduntur uniuersi. Quod ubi legiones Scipionis que pro castris erant instructe animaduertērunt. metu ac terrore occēcate omnibus portis in sua castra fugere ceperunt. Postq; Scipione suisq; copijs campo collibusq; exturbatis atq; in castra compulsis. cum receptui cesar cani iussisset. equitatumq; omnem intra suas munitiones recepisset. campo puigato animaduertit mirifica corpora galloꝝ germanoꝝq; qui partim eius auctoritatem erant ex gallia secuti. partim precio pollicitationib; ad ducti ad eum se contulerant. non nulli qui ex avaritionis p̄lio capti conseruatiq; parem gratiam in fide partiēda

prestare uoluerant. Horum corpora mirifica specie amplitu-
 dineq; cesa toto campo ac prostrata diuerse iacebant. His
 rebus gestis cesar postero die ex omnibus presidijs cohortes
 eduxit: atq; omnes suas copias in campo instruxit. Sci-
 pio suis male accoepit occisus conuulneratisq; intra suas
 continere se munitiones cepit. Cesar instructa acie
 secundum infimas iugi radices propius munitiones leniter
 accessit: iamq; minus mit pass. ab oppido v zita quod Sci-
 pio tenebat aberant legiones iulianae. Tum Scipio uerity
 ne oppidum amitteret: unde aquari reliquisq; rebus suble-
 uari eius exercitus consueuerat: eductis omnibus copijs
 quadruplici acie instructa ex instituto suo prima eques-
 tri turmatim directa: elephantisq; turratis interpositis ar-
 matisq; suppetias ire contendit. Quod ubi Cesar animad-
 uertit: arbitratus Scipionem ad dimicandum paratu
 ad se certo animo uenire in eo loco quo paulo ante com-
 memorauimus ante oppidum constitit: suamq; aciem me-
 diam eo oppido texit: dextram sinistramq; cornu ubi
 elephantis erant in conspectu patenti aduersariorum cons-
 tituit. Cum iam prope solis occasum Cesar expectauisset:
 neq; ex eo loco quo constitit: Scipionem progredi pro-
 prius se animaduertisset: locaq; se magis defendere: si
 res coegisset: q; in campo cominus consistere audere: no
 est uisa ratio propius accedendi eo die ad oppidum:
 quoniam ibi presidium grande numidarum esse co-
 gnouerat: hostesq; qui mediam aciem suam oppido
 texissent sibi difficile facta esse intellexit simul et
 oppidum oppugnare & uno tempore & in acie in
 cornu dextro ac sinistro ex iniquiore loco oppugna-
 re presertim cum milites a mane diei ieiunii sub

armis stetit defatigati. Itaq; reductis suis copijs in castra.
postero die propius eorum aciem instituit exporrigere mu-
nitiones. Interim consilius qui achillam & viii. cohortes
stipendiarias numidis getulisq; obsidebat: ubi C. messius
qui cohortibus praeerat: diu multumq; expertus magnisq; ope-
ribus sepe admotis: & iis ab oppidanis incensis cum profice-
ret nihil subito nuncio de equestri prelio allato commo-
tus frumento cuius in castris copiam habuerat incenso:
uino oleo ceterisq; rebus que ad uictum parari solent cor-
ruptis achillam quam obsidebat deseruit: atq; itinere
per regnum lube facto: copias cum Scipione partitus
adruementum se recepit. Interea ex secundo commeatu
quem e Sicilia miserat allienus nauis una in quam fue-
rat M. cominius & L. titida eques ro. ab residua classe
cum errauisset: delataq; esset uento ad thablori: a virgi-
lio scaphis nauiculisq; actuarijs excepta est & ad Scipio-
nem deducta. Item altera nauis triremis ex eadem clas-
se errabunda hac tempestate delata ad egi murum a
classe uari & M. octauij est capta in qua milites uetera-
ni cum uno centurione & nonnulli tirones fuerunt. Quos
uarius asservatos sine contumelia deducendos curauit
ad Scipionem. Qui postq; ad eum peruenerunt: & ante
suggestum eius constituerunt: non uestra inquit sponte
uos certo scio: sed illius scelerati uestri imperatoris impul-
su & imperio coactos ciues & optimum quemq; nefarie co-
sectari. Quos quoniam fortuna in nostram detulit potes-
tatem: si id quod facere debetis: rem pu. cum optimo quoq;
defendetis: certum est uobis uitam & pecuniam donare.
Qua propter quid sentiat is proloquimini. Hac habita orati-
one: Scipio cum existimasset pro suo beneficio sine dubio

ab iis gratias sibi actum iri: potestatem iis dicendi fecit. Ex
iis centurio Leg. xiiii. inquit pro tuo summo beneficio Scipio
tibi gratias ago: non enim te imperatorem appello quod mi-
hi uitam incolumitatemq; belli iure capto polliceris: & for-
te isto uterer beneficio: si non ei summum scelus adiunge-
retur. Ego ne contra cesarem imperatorem meum apud
quem ordinem duxi eiusq; exercitum pro cuius dignitate
uictoriaq; amplius xxxvi. annos depugnaui: aduersus ar-
matuq; consistam. Neq; ego istud facturum sum: & te magno-
pere ut de negotio desistas adhortor. Contra enim eius copias
contendas si minus antea expertus es licet non cognoscas: eli-
ge ex tuis cohortem unam quam putas esse firmissimam:
& constitue contra me. Ego autem ex meis comilitonibus
quos nunc in tua potestate habes non amplius x. sumam:
tum ex uirtute nostra intelliges quid ex tuis copiis spe-
rare debeas. Postq; hec centurio prestanti animo aduer-
sus opinionem eius est loquutus: ira percitus Scipio atq;
animi dolore incensus: annuit centurionibus quid fie-
ri uellet: atq; ante pedes centurionem interfecit: re-
liquosq; ueteranos a tironibus iubet secerni. Abducite
inquit istos nefario scelere contaminatos: & cede ciui-
um saginatos: sic extra uallum deducti sunt: & crucia-
biliter interfecti. Tirones autem iube inter legiones
dispartiri & cominium cum tucida in conspectum suum
prohibere adduci. Qua ex re cesar commotus eos quos
in stationibus cum longis nauibus apud tapsum custo-
die causa insule esse iusserat: ut suis onerarijs longiq;
nauibus prosidio essent: ob negligentiam ignominieq; cau-
sa dimittendos ab exercitu grauissimumq; in eos edictum
proponendum curauit. Per id tempus fere cesaris exer-

citui res accidit incredibilis auditu. Namq; uigiliarum signo
confecto circiter uigilia secunda noctis: nimbus cum saeva
grandine subito est exortus ingens. Ad hoc autem accesle-
rat quod cesar non more superiorum imperatorum in
hibernis exercitum continebat: sed in tertio quartog; die
procedendo: propiusq; hostem accedendo castra commu-
niebat: opereq; faciendo milites se circūspiciendi non ha-
bebant facultatem. Preterea ita ex Sicilia exercitum trans-
portabat ut preter ipsum militem & arma nec uas nec mā-
cipium neq; ullam rem que usui militi esse consuevit in
naues imponi pateretur. In africa autem non modo sibi
quicq; non adquisierant aut parauerant: sed etiam prop-
ter annonę caritatem ante parata consumpserant. Qui-
bus rebus attenuati oppido per q; pauci sub pellibus acquies-
cebant: reliqui ex uestimentis tentoriolis factis atq; arun-
dinibus coriisq; contextis protegebant. Itaq; subito nimbo
grandineq; consecuta & grauiata pondere tenebrarum aq;
omnes subruiti disiectiq; nocte intempesta ignibus extinc-
tis: rebusq; aduictum partim omnibus corruptis per castra
passim uagabantur: scutisq; capita contegebant. Eadem
nocte quintę legionis pilorum cacumina sua sponte ar-
serunt. Rex interim Iuba de equestri prelio Scipionis cer-
tior factus: uocatusq; ab eodem litteris: prefecto sabure cū
parte exercitus re contra sitium relicto: ut secum ipse ali-
quid auctoritatis haberet exercitus Scipionis à terrore
cesaris cum tribus legionibus equitibusq; frenatis. dccc. nu-
midis sine frenis peditibusq; leuis armaturę grandi nume-
ro elephantis xxx. egressus ad Scipionem est profectus.
Postq; ad eum peruenit: castris Regis seorsum positis cum
eius copiis quas commemorauit: haud ita longe à Scipione

confedit. Erat in castris cesaris superiore tempore magnus
 terror & expectatio regiarum copiarum exercitus eius magis
 suspitione animi ante aduentum sube commouebatur. Postq̄
 uero castra castris contulit: despectis eius copijs omnem timo-
 rem deponit. Ita quam antea absens absuerat. auctoritate
 eam omnem presens amiserat. Quo facto cuius facile fu-
 it illatum Scipioni additumq̄ animum regis aduentu fi-
 duciamq̄. Nam postero die uniuersas suas regisq̄ copias cū
 elephantis. Lx. productas in aciem q̄ speciosissime potuit
 instruxit: ac paulo longius progressus absuis munitionibus
 haud ita diu commoratus se recipit in castra. Cesar postq̄
 animaduertit Scipioni auxilia ferē que expectasset omnia
 conuenisse. neq̄ moram pugnandi ullam fore per iugū
 sumum cum copijs progredi coepit: & brachia protinus
 deducere & castella munire: propiusq̄ Scipionem ca-
 piendo loca excelsa occupare contendit. Aduersarij magni-
 tudine copiarum confisi proximum collem occupauerunt:
 atq̄ ita longius sibi progrediendi eripuerunt facultatem.
 Eiusdem collis occupandi gratia Labienus consilium cepit:
 & quo propiore loco fuerat. eo celerius occurrebat. Erat
 conuallis satis magna latitudine. altitudine prerupta. cre-
 bris locis spelunce in modum subruptis que erat transgre-
 dienda cesari anteq̄ ad eum collem quem capere uole-
 bat. perueniretur. ultraq̄ eam conuallem oliuetū uetus
 crebris arboribus condensum. Hic cum Labienus animad-
 uertisset cesarem si uellet eum locum occupare prius
 necesse conuallem oliuetūq̄ transgredi eorum locorū
 peritus in insidijs cum parte equitatus leuiq̄ armatura
 confedit: & preterea post montem collesq̄ subito se ce-
 sari ostenderat: & equites in occulto collocauerat. ut cū

ipse ex improviso legionarios adortus esset: ex colle equitatusse ostenderet: ut re duplici perturbatus cesar. eiusque exercitus neque retro regrediendi: neque ultra procedendi oblata facultate circumuentus concideretur. Cesar equitatu ante premissis inscius insidiarum cum ad eum locum uenisset abusione obliti preceptorum Labieni: siue ueriti ne in fossa ab equitibus opprimerentur: rari ac singuli de rupe prodire: & summa petere collis. Quos cesaris equites consecuti: partim interfecerunt: partim uiui sunt potiti: deinde protinus collem petere contendunt: atque eum decusso Labieni presidium celeriter occupauerunt. Labienus cum parte equitum uix fuga sibi peperit salutem. Hac re per equites gesta: cesar legionibus opera distribuit: atque in eo colle quo erat potitus castra muniuit: deinde a suis maximis castris per medium campum eregione oppidi uisit: quod inter sua castra & Scipionis in planiciem positum erat: tenebaturque a Scipione duo brachia instituit duci: & ita erigere: ut ad angulum dextrum sinistramque eius oppidi conuenirent. Hoc hac ratione opus instruebat: ut cum propius oppidum copias adiuuisset: oppugnareque cepisset: tecta latera suis munitionibus haberet: ne ab equitatus multitudinem circumuentus: ab oppugnatione deterretur: preterea quo facilius colloquia fieri possent: & si qui perfugere uellent: id quod antea sepe accidebat: magno cum eorum periculo tum facile & sine periculo fieret. Voluit etiam experiri cum propius hostem accessisset: haberet ne in animo dimicare. Accedebat etiam ad reliquas causas quod ille locus depressus erat: puteique ibi non nulli fieri complures poterant: a quibus tione enim longa & angusta utebantur. Dum hec opa

que ante dixi fiebant à legionibus: interim pars aciei ante
 opes instructa sub hoste stabat. Equites barbari leuisque
 armaturæ præliis minutis dimicabāt cominus. Cæsar ab
 eo opere cum iam subuerserum copias in castra reduceret:
 magno incurſu cum omni equitatu leuiq; armatura lu-
 ba Scipio: Labienus in legionarios impetum fecerunt. Equi-
 tes cæsariani ex ui uniuersæ subiteq; hostium multitudinis
 pulsi parumper secesserunt. Quæ res aliter aduersarijs
 cecidit: namq; cæsar ex medio itinere copijs reductis:
 equitibus suis auxilium tulit. Equites autem aduen-
 tu legionum animo addito conuersis equis in numidas
 cupide insequentes dispersosq; impetum fecerunt: atq;
 eos conuulneratos usq; in castra regia repulerunt: mul-
 tosq; ex ijs occiderunt. Quod ni in noctem prælium es-
 set coniectum: puluisq; uento flatus omnium prospectui
 offecisset: Iuba cum Labieno capti in potestatem cæsaris ue-
 nissent: equitatusq; cum leui armatura funditus ad inter-
 nitionem deletus esset. Interim incredibiliter ex legione
 quarta & sexta Scipionis milites diffugere partim in cas-
 tra cæsaris: partim in quas quisq; poterat regiones pene-
 nire: itemq; equites curiani diffusi Scipioni eiusq; copijs
 complures eodem conferebant. Dum hæc circum uisitam
 ab utrisq; ducibus administrantur: legiones duæ .x. &
 viii. ex Sicilia nauibus onerarijs profectæ cum iam nō
 longe à portu ruspine essent: complicatæ naues cæsari-
 anas quæ in statione apud thapsum stabant ueriti ne
 in aduersariorum ut insidiandi gratia ibi commoran-
 tium classem inciderent imprudentes uela in altum
 dederunt: ac diu multumq; iactati: tandem multis post
 diebus siti inopiãq; confecti ad cæsarem perueniunt. quibus

legionibus expositus memor in italia pristinae licetis militaris
ac rapinarum certorum hominum paruulam modo causulam
nactus quod cesar: quod C. auienus tribunus militum X.
legionis ut nauem commeatu familiaeque sua atque iumentis
occupauisset: neque militem unum a Sicilia substulisset. Post
terro die de suggestu conuocatis omnium legionum tribunis
centurionibusque maxime uellem inquit homines suis petu-
lantibus nimisque libertatis aliquando finem fecissent: meaque
lenitatis modestis patientisque rationem habuissent. Sed
quoniam ipsi sibi neque modum neque terminum constituunt:
quod ceteri dissimiliter se gerant: ego met ipse documen-
tum constituam more militari C. aniene quod in italia mili-
tes populi ro. contra rem pu. instigati: rapinasque per municipia
fecisti: quodque mihi rei que pu. mutulis fuisti & pro militibus tuam
familiam iumenta que in naues imposuisti. tuaque opera mili-
tibusque tempore necessario res pu. caret: obeas res ignominie
causa ab exercitu meo te remoueo hodieque ex africa abes-
se: & quantum potes proficisci iubeo. Itemque te Aule fontei
quod tribunus militum seditiosus malusque cuius fuisti: te
ab exercitu dimitto. Tusci sabine Tite alliene marce tiro
C. clausiane cum ordines in meo exercitu beneficio non
uirtute sitis consecuti: Itaque uos gesseritis: ut neque bello for-
tes: neque pace boni aut utiles fueritis & magis in seditionibus
concitandisque militibus aduersariorum nostrorum imperato-
ris que pudoris modestisque fueritis studiosiores indignos uos
esse arbitror: qui nostro exercitui ordines ducatis missosque
facio: & quantum potestis abesse ex africa iubeo. Itaque tra-
didit eos centurionibus: & singulis non amplius singulos
additos seruos in nauem imponendos separatim curauit.
G etuli interim perfugas quos cum litteris mandatisque a cesa-

re missos supra docuimus ad suos ciues perueniunt: quorum aucto-
 ritate facile adducti cesarisq; nomine persuasi à Rege Iuba
 desciscunt: celeriterq; cuncti arma capiunt contraq; regem
 facere non dubitant. Quibus rebus cognitis Iuba districtus
 triplici bello necessitateq; coactus de suis copiis quas contra
 cesarem adduxerat sex cohortes in fine regni sui mittit que
 essent presidio contra getulos. Caesar brachijis perfectus pro-
 motisq; usq; eo quo telum ex oppido abiici non posse: castra
 munit: balistis scorpionibus telisq; ante frontem castrorū:
 contraq; oppidum collocatis defensores muri deterrere nō
 intermittit: eorū quinq; legiones ex superioribus castris de-
 ducit. Qua facultate oblata illustriores notissimiq; cons-
 pectum amicorum propinquorumq; efflagitabant: atq; in-
 ter se colloquebantur. Quae res quid utilitatis haberet Cesa-
 rem non fallebat. Namq; getuli ex equitatu regio nobiliores
 equitumq; prefecti: quorum patres cum mario ante meru-
 erāt: cumq; beneficio agris fribusq; donatis post Sillae
 uictoriam sub hiemalis regis erāt dati potestatem occasi-
 one accepta nocte iam luminibus accensis cum equis colo-
 nibusq; suis circiter mille perfluunt in cesaris castra que
 erant in campo proxime locum u Zite locata. Quos postq;
 Scipio quiq; cum eo erant cognouerunt: cum comoti ex ta-
 li incommodo essent: ferē per id tempus M. Aquinium cum
 C. Salserna loquentem uiderunt. Scipio mittit ad aquini-
 um nihil attinere eum cum aduersarijs colloqui. Cum au-
 tem nihilominus eius sermonem nuncius ad se referret: di-
 ceretq; ut reliqua que ipse uellet perageret uiator: prop-
 terea a Iuba ad eum est missus qui diceret audiente sa-
 lserna: uetat te rex colloqui. Quo nuncio perterritus disces-
 sit: & dicto audiens fuit: regi usu uenisse. Hoc ciui roma-

no mixor & ei qui ab re pu. honores accepisse & incolumi pa-
tia fortunisque omnibus sub barbaro potius obedientem
fuisse: q̄ aut Scipionis obtemperasse nuncio aut cesaris
eiusdem partis ciuibus incolumem reuerti malle atque
etiam & superbius iube factum non in m. aquinium
hominem nouum paruūq; Senatorem: sed in Sci-
pionem hominem illa familia: dignitate honoribus
prestantem. Namq; cum Scipio sagulo purpureo ante
regis aduentum uti solitus esset: dicitur iuba cum eo egis-
se non oportere illum eodem uestitu uti atq; ipse ute-
retur. Itaq; factum est illico: ut Scipio ad album sese uesti-
tutum transferret: & iube homini superbissimo inertis-
simoq; obtemperaret. Postero die uniuersas hominum
copias de castris omnibus deducunt: & supercilium
quoddam excelsum nacti non longe à cesaris castris
aciem constituunt: atq; ibi consistunt. Cesars item
producit copias: celeriterq; iis instructis ante suas mu-
nitiones que erant in campo constitutę sine dubio
existimans ultro aduersarios cum tam magnis copijs
auxilijsq; regis essent p̄diti: promptiusq; profuissent:
ante se concursuros propiusq; accessuros equo circūuec-
tus legionesq; cohortatus signo dato accessum hostium
aucupabatur. Ip̄e enim à suis munitionibus longius nō
sine ratione procedebat quod in oppido uzite quod Scipio te-
nebat hostium erant cohortes armate. Eidem autem oppido
ad dextrum latus eius cornu erat appositum: uerebaturq;
ne si p̄tergressus esset ex oppido quod eruptione facta ab
latere cum adhorti conciderent. Preterea hæc quoq; eum
causa tardauit quod erat locus quidam perimpeditus an-
te aciem Scipionis quem suis impedito ad ulterius

occurrendum fore existimabat. Non arbitror esse pretermittendum quemadmodum exercitus utriusque fuerint in aciem instructi. Scipio hoc modo aciem direxit. Collocabat in fronte suas & sub legiones: postea autem numidas in subsidaria acie ita extenuatos & in longitudine directos ut procul simplex esset acies media a legionarijs militibus uideretur in cornibus autem duplex esse existimabatur. Elefantos dextro sinistroque cornu collocauerat equalibus inter eos interuallis interiectis. post autem elefantos armaturas leues numidasque auxiliarios substituerat. Equitatum frenatum uniuersum in suo dextro cornu disposuerat. sinistrum enim cornu oppido uerita clauderetur. neque erat spatium equitatus explicandi. preterea numidas leuisque armaturae infinitam multitudinem ad dextram partem suae aciei opposuerat fere interiecto non minus mit. p. spatio & ad collis radices magis appulerat. longiusque ab aduersariorum suisque copiis promouebatur. Id hoc consilio ut cum acies duae inter se occurrisset initio certaminis paulo longius eius equitatus circumuectus ex improviso clauderet multitudine sua exercitum cesarij atque perturbatum iaculis contingeret. Haec fuit ratio Scipionis eo die preliandi. Cesarij autem acies hoc modo fuit collocata. ut a sinistro eius cornu ordiar & perueniam. habuit in sinistro cornu legionem. xxx. & xxviii. xii. & xiiii. xxviii. xxvi. in media acie est circa ipsum dextrum cornu. Secundam aciem fere in earum legionum parte cohortium collocauerat. preterea ex tirorum adiecerat pauca. Tertiam autem aciem in sinistrum suum cornu contulerat. & usque ad aciei suae mediam legionem porregerat. & ita collocauerat ut sinistrum suum cornu triplex. Id eo

consilio fecerat: ut suum dextrum latus munitionibus ad-
iuuaretur. Sinistrum autem equitatus hostium multitu-
dini uti resisti possit laboraret. Eodemq; suum omnem equi-
tatum contulerat: & quod ei parum confidebat presidio his
equitibus legionem quintam premiserat: leuemq; arma-
turam inter equites interposuerat: sagittarios uarie passiq;
locis certis: maximeq; in cornibus collocauerat. Sic utroruq;
exercitus instructi non p̄ts p̄all. ccc. interiecto spatio quod
forsitan ante id tempus acciderit nunq; qui dimicare-
tur à mane usq; ad horam decimam diei perstiterunt. Itaq;
cesar dum exercitum intra munitiones suas reducere ce-
pisset: subito uniuersus equitatus ulterior numidarum
getulorumq; sine frenis ad dexteram partem semouere:
propiusq; cesaris castris quæ erant in colle se conferre cepit.
Frenati autem Labieni equites in loco permanere: legionesq;
distinere: cum subito pars equitatus cesaris cum leui arma-
tura contra getulos in iussu: ac temere longius progressi:
paludemq; transgressi: multitudinem hostium pauci susti-
nere non potuerunt: leuiq; armatura deserti ac pulsati
conuulneratiq; uno equite amisso: multis equis sauciis
leuis armatura xxvi. occisis ad suos refugerunt. Quo secu-
do equestri p̄lio facto: Scipio letus in castra nocte copi-
as reduxit. Quod proprium gaudium fortuna bellanti-
bus tribuere non decreuit: nãq; postero die cesar cum
parte equitatus sui leptim frumentandi causa in itinere
predatores equites numidas getulosq; ex improviso ad-
horti circiter centum partim occiderunt: partim uiuo-
rum potiti sunt. Cesar interim quotidie legiones in cam-
pum deducere: atq; opus facere: uallumq; & fossam p̄
medium campum ducere: aduersariorumq; excursionibus

iter officere non intermittit. Scipio item munitiones con-
 trahere & ne iugo à Caesare excluderetur, appropere. Ita
 duces utriq; & in operibus occupati erant: & nihilominus e-
 questribus praeliis inter se quotidie dimicabant. Interim ua-
 rus classem quam antea uticae hiemis gratia subduxerat: co-
 gnito legionis vii. & viii. ex Sicilia aduentu. celeriter deducit
 ibiq; getulis remigibus epibatiscq; complet: insidiandiq;
 gratia ab utica progressus adrumentum cum xl. nauibus
 peruenit. Cuius aduentus inscius Caesar. L. Cispium cum
 classe xxvii. nauium ad t^haplum uersus in stationem: pre-
 sidii gratia comeatiscq; sui mittit. Item Quintium aquila
 cum xiii. nauibus longis adrumentum eadem de causa p^r-
 mittit. Cispium quo erat missus. celeriter peruenit. At a qui-
 la tempestate iactatus cum classe se longius promontorium
 superare non potuit: atq; angulum quendam tutum tem-
 pestate nactus. se longius à prospectu remouit. Reliqua clas-
 sis in salo ad leptim egressa remigibusq; passim in litore ua-
 gantibus: partim in oppido uictus sui mercandi gratia pro-
 gressus uacua à defensoribus stabat. Quibus rebus uarus
 ex perfugis cognitis: occasione nactus uigilia secunda adru-
 mentum ex cotone egressus primo mane leptim cum uni-
 uersa classe uictus naues onerarias que longius à portu in
 salo stabant. incendit: & pentiremes duas uacuas à defen-
 soribus nullo repugnante coepit. Caesar interim celeriter
 per nuncios in castris cum opera circuiret: certior factus
 que aberant à portu mil. pass. vi. conscendit: equoq; admis-
 so celeriter peruenit leptim: ibiq; moratus omnes: ut se
 naues consequerentur. Primum ipse paruulum nauigium
 conscendit: in cursu aquilam multitudine nauium per-
 territum atq; trepidantem nactus hostium classem sequi

coepit. Interim uarus celeritate cesaris audaciaq; comotus cum uniuersa classe conuersis nauibus adrumentum uersus fugere contendit. Quem cesar mit' p'ull' iuu' consecutus: recuperata quinqueremi cum suis omnibus epibatis atq; hostium custodibus. cxxx. in ea naue captis triremem hostiu' proximam que in repugnando erat comorata onusta remigum epibatarumq; cepit. Reliquas naues hostiu' promontorium superarunt: atq; adrumentum in cothone se uniuerse contulerunt. atq; in salo cesar eodem uento promontorium superare non potuit: atq; in salo in anchoris eadem nocte comoratus: prima luce adrumentum uenit: ibiq; nauibus onerariis que erant extra cothonem incensis: omnibusq; reliquis aliis aut subductis: aut in cothonem compulsis paulisper comoratus si forte uellent classe dimicare rursum se recepit in castra. In ea naue captus est. P. ueltrius eques ro. & P. ligarius affranianus: quem cesar in hispania cum reliquis dimiserat: & postea se ad pompeium contulerat: inde ex prelio transfugerat in africanq; ad uarium uenerat. Que ob periurium perfidiamq; cesar iussit necari. P. ueltrio autem quod eius frater Rome pecuniam imperata numerauerat: & quod ipse causam cesaris probauerat: ea ipsius classe captus cum ad necem duceretur: beneficio uari esse seruatum: postea sibi facultatem nullam datam transeundi ignouit. Est in africa consuetudo incolarum: ut in agris & in omnibus fere uillis sub terra specus frumenti condendi gratia clam habent: atq; id p' bella maxime hostium que subitum aduentum prepararent. Qua de re cesar per indice factus certior: tertia uigilia legiones duas cum equitatu mittit ab castris

suis mil pass. x. atq; inde magno numero frumenti onus-
 tos recepit in castra. Quibus rebus cognitis Labienus pro-
 gressus absuis castris mil pass. vii. per iugum & collem per
 quem cesar pridie iter fecerat: ibi castra duarum legi-
 onum facit: atq; ipse quotidie existimans cesarem eade
 sepe frumentandi gratia comeaturu cum magno equita-
 tu leuiq; armatura insidiaturus locis idoneis consedit. Ce-
 sar interim de insidijs Labieni experfugis certior factus
 paucos dies ibi commoratus: dum hostes quotidiano institu-
 to sepe idem faciendo in negligentiam adducerentur:
 subito mane imperat: porta decumana legiones se octo
 ueteranas cum parte equitatus sequi: atq; equitibus pre-
 missis: neq; opinantes insidiatores subito inconuallibus
 latentes leui armatura concidit circiter. d. reliquos in
 fugam turpissimam coniecit. Interim Labienus cum u-
 niuerso equitatu fugientibus suis suppetias occurrit: cuius
 uim multitudinēq; cum equites pauci cesariani iam sub-
 tinere non possent: cesar instructas legiones: hostium
 copiis ostendit. Quo facto perterritus Labieno ac retarda-
 to: suos equites recepit incolumes. Postero die Luca nu-
 midas eos ^{quo} qui loco amisso fuga se recepserant in castra:
 in cruce omnes suffixit. Cesari interim quonia ino-
 pia frumenti premebatur: copias omnes in castra conclu-
 dit: atq; presidio lepti: Aruspice & accile relicto: cispio
 aquileq; classe tradita: ut alter aduentu alter
 tapsum mari obsideret: Ipse castris incensis quarta
 noctis uigilia acie instructa: impedimentis in sinistra
 parte collocatis ex eo loco proficiscitur: & uenit ad op-
 pidum aggar: quod a getulis sepe antea oppugnatum:
 summāq; ui per ipsos oppidanos erat defensum. Ibi in capto

castris positis ipse frumentum circum uillas cum parte exer-
citus profectus: magno inuento ordei: olei: uini: fici numero
pauco tritici: atq; recreato exercitu: redit in castra. Scipio
interim cognito cesaris discessu cum uniuersis copijs subse-
qui per iugum cesarem coepit: atq; ab eius castris mil pass.
vi. longe trinis castris dispartitis copijs consedit. Oppidum
erat Zeta quod aberat a Scipione mil pass. x. ad eius
regionem & partem castrorum collocatum: A cesare au-
tem diuersum ac remotum: quod erat ab eo longe mil
pass. xviii. Huc Scipio legiones duas frumentandi gratia mi-
serat. Quod postq; cesar ex fuga cognouit castris ex cam-
po in collem ac tutiora loca collocatis: atq; ibi presidio relic-
to: ipse quarta uigilia egressus: preter hostium castra pro-
ficiscitur cum copijs: & oppido potitur: legiones Scipio-
nis comperit: longius in agris frumentari & cum eo conte-
dere conaretur: animaduertit copias hostium his legio-
nibus occurrere suppetias. Quae res eius impetum retarda-
uit. Itaq; capto. C. brotio regino equite ro. L. scipionis
familiarissimo qui ei oppido preerat: & patrio equite ro.
de conuentu uticensi & camel. xxii. regis adductis pre-
sidio ibi cum oppido legato relicto: ipse se recipere cepit in
castra. Cum iam non longe a castris Scipionis abesset:
que tum necesse erat pretergredi: Labienus afraniusq;
cum omni equitatu leuiq; armatura ex insidijs ador-
ti: agmini eius extremo se offerunt: atq; ex collibus primi
existunt. Quod postq; cesar animaduertit: equitibus suis
hostium ui oppositis sarcinas legionararias in aceruum iu-
bet comportare: atq; celeriter signa hostibus inferre. Et
postq; coeptum est fieri: primo impetu legionum: equita-
tus & leuis armatura hostium nullo negocio loco pulsa et

deiecta est de colle. Cum iam Cæsar extimasset hostes pul-
 los deterritosq; finem lacessendi facturos: & iter in egyptum
 pergere coepisset: iterum celeriter ex proximis collibus erū-
 punt: atq; eadem ratione qua ante dixi in cæsar's legiona-
 rios impetum faciunt numidæ leuisq; armatura mirabiliue-
 locitate præditi: qui inter equites pugnabant: & una pari-
 ter cum equitibus accurrere: ac refugere consueuerant.
 Cum hoc sepius facerent: & proficiscentes iulianos & insequen-
 rentur: & refugerent stantes propius non accederent: &
 singuli genere pugne uterentur: eosq; iaculis conuulnera-
 re satis esse existimarent. Cæsar intellexit nihil aliud eos
 conari nisi ut se cogeret castra eo loco ponere ubi omnino
 aque nihil esset: ut exercitus eius ieiunus qui à quarta
 uigilia usq; ad horam decimam diei nihil gustasset ac
 iumenta siti perirẽ: cum iam ad solis occasum esset: &
 nondum .c. pass. in horis .iii. esset progressus equitatu suo
 propter equorum interitum extremo agmine remoto
 legiones inuicem ad extremum agmen reuocabat. Ita
 uim hostium placide leuiterq; procedens per legionarium
 militem commodius sustinebat. Interim equitatum nu-
 midarum copie dextra sinistraq; per colles præcurrere: co-
 ronq; in modum cingere multitudino sua cæsar's copias
 pars agmen extremum insequi. Cæsariani interim non am-
 plius .iii. aut .iiii. milites ueterani cum se conuertissẽt: & pi-
 la uiribus contorta in numidas infestos coniecissẽt am-
 plius duum milium numerorum ad unum tergauerte-
 bant: ac rursus ad aciem passim conuersis equis se collige-
 bant: atq; in spatio consequebantur. & iacula in legiona-
 rios coniciebant. Ita Cæsar modo procedendo modo
 resistendo tardiùs itinere confecto noctis hora prima om̄s

suos adunum incastris incolumes saucius & factis reduxit.
Labienuſ circiter .ccc. amiſſiſ multuſ uulneratiſ ac deſeſſiſ in
ſtando omnibuſ ad ſuoſ ſe recepit. Scipio interim legioneſ pro-
ductaſ cum elephanſiſ quos ante caſtra in acie terroriſ
gratia in conſpectu ceſariſ collocauerat reducit in caſtra.
Caesar contra eiufmodi hoſtium genera copiaſ ſuaſ nō ut
imperator exercitum ueteranum uictoremq; maximis
rebuſ geſtiſ: ſed Lanilla tironeſ gladiatoreſq; condocet face-
re quo pede ſe reciperent ab hoſte: & quemadmodum ob-
uerſi aduerſarioſ & in quantulo ſpatio reſiſterent: modo
procurrerent: modo recederent: cōminarenturq; impe-
tum. Ac prope quo loco & quemadmodum tela mitterē
precipit. Mirifice em̄ hoſtium leuiſ armatura anxium
exercitum noſtrum atq; ſollicitum habebat: quia & equi-
teſ deterrebat prelium inire p̄ equorum interitū: qđ
eoſ iaculiſ interficiebant: & Legionarium militem defa-
tigabat propter uelocitatem. Grauiſ em̄ armaturę mi-
leſ ſimul atq; ab iſiſ inſectatiſ conſtiterat: in hoſq; impetuſ
fecerat: illi ueloci curſu periculum facile uitabant. Qui-
buſ rebuſ ceſar uehementer cōmouebatur: quodcūq;
prelium quotieſ fuerat cōmiſſum equitatu ſuo ſine le-
gionario milite hoſtium equitatuſ leuiq; armaturę eorū
nullo modo par eſſe pōterat. Sollicitabatur autem hiſ
rebuſ quod nondum legioneſ hoſtium cognouerat: et
quonam modo ſubſtinere ſe poſſe ab eorum equitatu leui-
q; armatura que erat mirifica: ſi legioneſ quoq; acceſſiſ-
ſent. Accedebat eo etiā hec cauſa quod elephanſorum
magnitudo multitudōq; animoſ militum detinebat in
terrore: cui uni rei tamen inuenerat remediū. Nāq;
elephanſoſ in italiaſ transportari iuſſerat: quoſ & mileſ

nōsceret: speciēmq; & uirtutem bestis agnosceret: & cui
 parti corporis: eius telum facile adigi posset: oneratusque
 ac loricator cum esset elephas: quae pars eius corporis sine
 tegmine nuda relinqueretur: ut eo tela conicerentur.

Præterea ut iumenta: bestiarū odorem stridorem & spe-
 ciem consuetudine captarum non reformidaret. Qui-
 bus ex rebus largiter erat consecutus. Nam & milites
 bestias manibus pertractabant: earūmq; tarditatem co-
 gnoscebant: equitesq; in eos pila repilata coniciebat: atq;
 in consuetudinem equos ipsarum bestiarum adduxerat.

OB has causas quas supra commemoravi sollicitabatur
 cesar tardiorq; & consideratior erat factus ex pristina
 bellandi consuetudine celeritateq; excellerat: nec mi-
 rum. Copias enim habebat in gallia bellare consuetas
 locis campestribus & contra gallos homines apertos
 minimeq; insidiosos qui per uirtutem non per dolum
 dimicare consueverunt. Tum autem erat ei laborandū
 ut consuefaceret milites hostium dolos: insidias: artificia
 cognoscere: quid sequi quid uitare conueniret. Itaq; quo
 hæc celerius conciperent: dabat operam ut legiones nō
 uno loco continere sed per causam frumentandi huc
 atq; illuc reptaret: ideo quod hostium copias ab se huiusq;
 uestigio non discessuras existimabat: atq; post diem ter-
 tium productas accuratius suas copias sicut instruxerat
 propter hostium castra prætergressus equo loco inuitat
 ad dimicandum. Postq; abhorreere eos uidet: reducit
 sub uesperum legiones in castra. Legati interim ex oppido
 vacca quod finitimum fuit Zete cuius Cesarem poti-
 tum esse demonstrauimus: ueniunt: petunt: obsecrant:
 ut sibi prælidium mittat: se res complures que utiles



40
bello sunt administraturos. Per id tempus deorum uoluntate studioq; erga cesarem: transfuga suos ciues facit certiores Iubam regem celeriter cum copijs suis anteq; cesaris presidium eo perueniret: ad oppidum accurrisse: atq; aduenientem multitudine circumdata: eo potitum: omnibusq; eius oppidi incolis ad unum interfectis: dedisse oppidum diripiendum dolendumq; militibus. Cæsar interim lustrato exercitu ad xii. Kal. aprilis: postero die productis uniuersis copijs progressus ab suis castris mil. pass. v. a Scipione circiter duum milium interiecto spatio in acie constitit. Postq; satis diuq; aduersarios ad se addimicandum inuitatos super sedere pugæ animaduertit: reducit copias. Postero die castra mouet: atq; iter ad oppidum Salsuram ubi Scipio numidarum habuerat presidium fumentūq; comportauerat: ire contendit. Quod ubi Labienus animaduertit: cum equitatu leuiq; armatura agmē eius extremum carpere coepit: atq; ita Lixarum mercatorumq; qui plaustris merces portabant: interceptis sarcinis addito animo propius audaciusq; accedit ad legiones: quod existimabant milites sub onere ac sub sarcinis defatigatos pugnare non posse. Quæ res cesarem non fefellerat: nāq; expeditos ex singulis legionibus tricenos milites esse iusserat. Itaq; eos in equitatum Labieni immissos turmis suorū suppetias mittit. Tum Labienus conuersis equis signorum conspectu perterritus: turpissime fugere contendit. Multis eius occisis compluribus uulneratis: milites legionarii ad sua se recipiunt signa: atq; iter incoeptum ire coeperunt. Labienus pingu

summum.

summum collis dextorsum procul subsequi non destitit. Postq̄
 Cesar ad oppidum saxuram uenit inspectantibus aduersa-
 riis interfecto presidio Scipionis cum suis auxilium ferre
 non auderent fortiter repugnante. P. euocato cornelii Sci-
 pionis qui ibi preerat atq; a multitudine circūuento in-
 terfectoq; oppido potitur atq; ibi frumento exercitui da-
 to postero die oppidum thildram peruenit in quo consi-
 dius per id tempus fuerat cum grandi presidio cohorteq;
 sua gladiatorum. Cesar oppidi natura perspecta atq; in-
 opia ab oppugnatione eius deterritus protinus profectq;
 circiter mil. iiii. ad aquam facit castra atq; inde q̄-
 ta die egressus rursus redit ad ea castra que ad aggar ha-
 buerat. Idem facit Scipio atq; in antiqua castra copias
 reducit. Tabenenses interim qui subditiōe & potestate
 iube esse consuescent in extrema eius regni regione mari-
 tima locati interfecto regio presidio legatos ad cesarem mit-
 tunt rem malegestam docent petunt orantq; ut suis for-
 tunis presto quod benemeriti essent auxilium ferret. Cesar
 eorum consilio probato Marcium crispum tribunum cum
 cohorte & sagittariis tormentisq; pluribus presidio tabenā
 mittit. Eodem tempore ex legionibus omnibus militesq;
 aut morbo impediti aut com meatu dato cum signis nō
 potuerant ante transire africanam ad mil. iiii. equites. cccc.
 funditores sagittariiq; cc. uno com meatu cesari occurrerūt.
 Itaq; cum omnibus his & omnibus legionibus eductis si-
 cut erat instructus vii. mil. ab suis castris ab scipionis uo-
 .iiii. mil. pass. longe constitit. In campo erat oppidum infra
 castra Scipionis nomine Tegea ubi presidium equestre
 circiter cccc. numero habere consueuerat & equitatu
 dextra sinistraq; directo ab oppidi lateribus ipse legionib;

ex castris eductis atq; in iugo inferiore instructis non longi-
ul ferè mil pass. ab suis munitionibus progressus in acie cō-
sistit. Postq̄ diutius in uno loco Scipio cōmorabatur &
tempus diei in ocio consumebatur. Cæsar equitum tur-
mas suorum iubet in hostium equitatum qui ad oppidū
in statione erant facere impressionem: leuēq; arma-
turam sagittarios funditoresq; eodem summittit. Quod ubi
coeptum est fieri: & equis concitatis iuliani impetum fe-
cissent: paucidius suos equites exporrigere coepit in longi-
tudinem ut haberent facultatem turmas iulianas cir-
cūfundi & nihilominus fortissime acerrimēq; pugnarent.
Quod ubi Cæsar animaduertit. ccc. quos ex legionibus
habere expeditos consuevit: ex proxima legione que ei
p̄elio in acie constiterat: iubet equitatu succurrere. La-
bienus interim suis equestribus auxilia summittere sauciis
atq; defatigatis integros recentioribusq; uiribus equites
sumministrare. Postq̄ equites iuliani cccc. uim hostium
ad. iiii. mil nūo sustinere non poterant: & à leui arma-
tura numidarum uulnerabantur: minutatimq; cede-
bantur: Cæsar alteram alam mittit: qui latagentib;
celeriter occurrerent. Quo facto sui sublatis uniuersi
in hostes impressione facta in fugam aduersarios dede-
runt. Multis occisis: compluribus conuulneratis inse-
cuti per. iiii. mil pass. usq; in collem hostibus adactis se ad
suos receperunt. Cæsar in horam decimam commora-
tus sicut erat instructus se ad sua castra recepit: omni-
bus incolumibus in quo p̄elio paucidius grauius pilo
per cassidem caput ictus complures duces ac fortissi-
mus quisq; interfecti uulneratiq; sunt. Postq̄ nulla cō-
ditione cogere aduersarios poterat: ut ad equū locum

descenderent: legionumq; periculum facerent: neq; ipse pro-
 prius hostem castra poneret propter aquae penuriam se pos-
 se animaduvertebat aduersarios non uirtute eorum confi-
 dere: sed aquarum copia fretos despiciere se intellexit. p̄-
 die non̄ aprilis tertia uigilia egressus ad agorae xvi. mil
 pass. nocte progressus ad thapsum ubi uirgilius cum gran-
 di presidio praerat castra ponit oppidumq; eodie circū-
 munire cepit: locaq; idonea opportunaq; complura pre-
 sidis occupat: hostes ne intrare aut loca interiora cape-
 re possent. Scipio interim cognitis cesaris consilijs: ad ne-
 cessitatem deductus dimicandi: ne per summū dedecus
 fidissimos suis rebus thapsianos & uirgiliū amitteret. Co-
 festim cesarem per superiora loca consecutus mil pass. viii.
 ab thapso binis castris consecret. Erat stagnum salinarum
 inter quod & mare angustis quaedam non amplius m. d.
 pass. intererant: quas scipio intrare: & thapsianis auxiliū
 ferre conabatur. Quod futurum non fefellerat cesare:
 namq; pridie in eo loco castello munito ibiq; presidio ma-
 gno relicto ipse cum reliquis copijs limatis castris thapsuz
 operibus circummunit. Scipio interim exclusus ab incepto
 itinere supra stagnum postero die & nocte confecta ce-
 lo albescente non longe a castris presidioq; quod supra cō-
 memorauī m. d. passibus ad mare uersus consecret: & cal-
 tra munire coepit. Quod cesari nunciatum est: milite
 ab opere deducto: castris presidio aspernate proconsule cū
 legionibus duabus relicto ipse cum expedita copia in eū
 locum citatim contendit: classisq; parte ad thapsū re-
 licta: reliquas naues iube post hostium tergum q̄ maxi-
 me ad litus appelli: signumq; suum obseruare. Quo signo
 dato subito clamore facto ex improviso hostibus aduer-

sis inuiterent terrorem: ut perterriti ac perturbati respicere
 post terga cogerentur. Postq̄ Cæsar peruenit & animadu-
 erit acies prouallo Scipionis contra elephantos dextro sinistroq̄
 cornu collocatas. & nihil minus partem militum castra nõ
 ignauiter munire. Ipse aciem triplici collocata legione de-
 cima secundaq̄ dextro cornu viii. & viii. sinistro oppositis.
 quinq̄ legionibus quarta ut tertia acie ante ipsa cornua
 quinque cohortibus contra bestias collocatis sagittarijs fundito-
 ribus in utriusq̄ cornibus dispositis leuiq̄ armatura inter equi-
 tel interiecta. ipse pedibus circum milites concursans. uirtutesq̄
 ueteranorum preliaq̄ superiora comemorans blandeq̄ ap-
 pellans animos eorum concitabat. Turones autem qui nunq̄
 in acie dimicassent hortabatur. ut ueteranorum uirtutem
 emularentur: eorumq̄ famam nomen locumq̄ uictoria
 parua cuperent possidere. Itaq̄ in circueundo exercitum
 animaduertit hostes circa uallum trepidare: atq̄ ultro
 citroq̄ pauidos concursare: & modo se intra castra portasq̄
 recipere: modo inconstanter imoderateq̄ prodire. Cum
 idem a pluribus animaduerti ceptum esset: subito legati
 euocatiq̄ obsecrare Cæsarem: non dubitaret signum da-
 re: uictoriam sibi propriam a diis immortalibus portendi.
 Dubitante Cæsare atq̄ eorum studio cupiditatq̄ resistente
 sibiq̄ eruptione pugnare non placere clamitante: & etiã
 atq̄ etiam aciem sustentante: subito dextro cornu in iussu
 Cæsaris tubicina a militibus coactus canere coepit. Quo fac-
 to ab uniuersis cohortibus signa in hostem ceperunt inferri.
 Cum centuriones pectore aduerso resisterent: uiq̄ continē-
 rent milites: ne in iussu imperatoris concurrerent: nec
 quicq̄ profecerunt. Quod postq̄ Cæsar intellexit: incitatis
 militum animis. resisti nullo modo posse: signo felicitatis dato:

equo admissio in hostem contra principem ire contendit.
 A dextro interim cornu funditores sagittariiq; concita tela in
 elephantos frequenter iniiciunt. Quo facto bestię fridore
 fundarum lapidumq; perterritę sese conuētere: & suos post
 se frequentes stipatosq; proterere: & in portas ualli semifactas
 riuere contendunt. Item mauri equites qui in eodem cor-
 nu cum elephantis erant presidio deserti principesq; fugiunt.
 Ita celesiter bestiis circuitis. legiones uallo hostium sunt po-
 sitę: & paucis acriter repugnantibus interfectisq; reliqui cō-
 citati in castra unde pridie erant egressi confugiunt. Nō
 uidetur esse pretermittendum de uirtute militis uetera-
 ni. v. leg. nam cum sinistro cornu elephas uulnere ictus
 & dolore concitatus in lixam inermem impetum fecisset:
 eumq; sub pedem subditum. dein genu innixus pondere suo
 promostide erecta uibrantiq; fridore maximo premere
 atq; enecaret: miles hoc nō potuit pati: quin se armatus
 bestię offerret. Quem postq; elephas ad se telo infesto ue-
 nire animaduertit. relicto cadauere: militem promostide
 circumdat: atq; in sublime extollit. Armatum qui cum in
 eiusmodi periculo constanter agendum sibi uideret: gladio
 promostidem quo erat circumdatus cedere quantum uiribus
 poterat non destitit. Quo dolore adductus elephas milite
 abiecto maximo cum fridore cursuq; conuersus ad reliquas
 bestias se recipit. Interim thapsi qui erant presidio ex oppi-
 do eruptione porta maxima faciunt: & siue ut suis sub-
 sidio occurrerēt: siue ut oppido deserto fuga salutem sibi pa-
 rarent egrediuntur: atq; ita per mare umbilicum usq; in-
 gressi terram petebant: qui a seruis puerisq; qui in castris erant:
 lapidibus pilisq; prohibiti terram attingere: rursus se in oppi-
 dum receperunt. Interim Scipionis copias prostratis passimq;

toto campo fugientibus confestim cesaris legiones consequi. spaciūq; se non dare colligendi. Qui postq; ad ea castra quae petebant perfluxerunt: ut relictis castris: rursus sese defenderent: ducemq; aliquem requirerent: quem respicerent: cuiq; auctoritate imperioq; rem gereret. Qui postq; animaduertērunt ibi neminem esse praesidio: protinus armis abiectis in regia castra fugere contendūt. Quo postq; peruenērunt: ea quae ipsi ab iulianis teneri uiderent: desperata salute in quodam colle consistunt: atq; armis dimissis salute contione more militari faciunt. Quibus miseris ea res paruo fuit praesidio: namq; milites ueterani ira & dolore incensi non modo ut parcerēt hosti non poterant adduci: sed etiā ex suo exercitu illustres urbanos quos auctores appellabant: complures aut uulnerauerunt aut interfecerunt. In quo numero fuit Tullius rufus questorius qui pilo traiecto interiit. Item pompeius rufus brachium gladio percussus: nisi ad cesarem celeriter accurrisset: interfectus esse. Quo facto complures equites ro. senatoresq; perterriti ex praesidio se receperunt: ne militibus qui ex tanta uictoria licentiam sibi assumpsissent imoderate peccandi impunitate propter maximas res gestas: ab ipsis quoq; interficerentur. Ita ii omnes Scipionis milites cum fidem cesaris implorarent: inspectate ipso cesare: & a militibus deprecante: ut eis parcerent: a militibus adunum sunt interfecti. Caesar trinis castris potitus: occisisq; hostium. x milibus: fugatisq; compluribus se recepit. L. militibus amissis: paucis saucis in castra ac statim exitinere ante oppidum thapsum constitit elephantosq; Lxiii. ornatos armatosq; cum turribus ornamentisq; captos ante oppidum instructos constituit. Ad hoc consilio si posse uirgilius: quiq; cum eo obsidebantur rei male geste

suorum iudicio à pertinacia deduci. Deinde ipse uirgilium
 appellauit inuitauitq; ad deditionem: suamq; lenitatem
 & clementiam commemorauit. Quem postq; animaduer-
 tit responsum sibi non dare: ab oppido discessit. Postero die
 diuina re facta: & contione aduocata: in conspectu oppida-
 norum milites collaudat: totumq; exercitum ueteranuz
 donauit: premia fortissimo cuiq; ac benemerenti pro sugges-
 tu tribuit: ac statim inde digressus: Robilio proconsuli cū
 .iii. legionibus ad thapsum: & Cn. domicio cum duobus til-
 dre: ubi consilius preerat: ad obsidendum relictis. M. mella-
 la uticam premissis cum equitatu: ipse eodem iter facere
 contendit. Equites interim Scipionis qui ex prelio fugerat:
 cum uticam uersus iter facerent: perueniunt ad oppidū
 parade: ubi cum ab incolis non reciperentur: ideo quod
 fama de uictoria cesaris precucurrisset: ui oppido potiti
 in medio foro lignis coaceruatis: omnibusq; rebus eorum
 congestis: ignem subiiciunt: atq; eiusdem oppidi incolas
 cuiuscunq; generis statusq; uiuos constructosq; in flama
 conuiciunt: atq; ita acerbissimo afficiunt supplicio: dem-
 de protinus uticam perueniunt. Superiore tempore. M.
 cato quod uticensibus propter beneficium legis iuliane:
 parum à suis partibus presidij esse existimauerat: plebem
 inermem oppido eiecerat: & ante portam bellicam cas-
 tris fossaq; paruulis dūtaxat munierat: ibiq; custodijs
 circumdatis habitare coegerat. Senatum autem oppidi
 custodia tenebat: eorum castra .l. equites adorti expu-
 gnare ceperunt: ideo quod eos cesaris partibus fauisse
 sciebant: ut eis interfectis eorum pernicie dolorem
 suum ulciscerentur. Uticenses animo addito ex cesaris
 uictoria lapidibus fustibusq; equites repulerūt. Ita

postea q̄ castris non poterant potiri. uticam se in oppidum
coniecerunt. ibiq̄ multos uticenses interfecerunt. domos
q̄ eorū expugnauerunt ac diripuerunt. Quibus cum
Cato persuadere nulla ratione poss̄: ut secum oppidum de-
fenderent. & cede rapinaq̄ desisterent. & quid sibi uellent
sciret. sedand̄ eorum importunitatis gratia. C. singulis di-
uisit. Idem Sulla faustus fecit. ac de sua pecunia largitus ē.
unaq̄ cum iis ab utica proficiscitur. atq̄ in regnum Iubae
ire contendit. Complures interim ex fuga uticam perueni-
unt. Quos omnes Cato conuocatos una cum trecentis qui
pecuniam Scipioni ad bellum faciendu contulerant. horta-
tus ut seuitia manumitterent. oppidumq̄ defenderent.
Quorum cum partem assentire. partem animum menteq̄
p̄teritā atq̄ infugam destinatam habere intellexisset.
amplius de ea re agere destitit. nauesq̄ iis attribuit. ut in
quascunq̄ partes uellet. proficiscerētur. Ipse omnibus reb̄
diligentissime constitutis liberis suis. L. cesari. qui tū ibi
pro questore fuerat commendatis. & sine suspitione
uultu atq̄ sermone quo superiore tempore usus fuerat.
cum dormitum esse. ferrum intro clam in cubiculum tulit.
atq̄ ita se traiecit. Qui dum anima nondum expirata cō-
cidisset. impetūq̄ facto in cubiculum tulit. ex suspitione me-
dicul familiaresq̄ continere ac obligare coepissent. ipse suis
manibus uulnus crudelissime diuellit. atq̄ animo presecu-
ti se interemit. Quem uticenses quanq̄ oderant. partū
gratia. tamen propter eius singularem integritatem. & q̄
dissimillimus reliquorum ducum fuerat. quodq̄ uticam
mirificis operibus munierat. turrelq̄ auxerat. sepultura
afficiunt. Quo interfecto. L. cesar. ut aliquid sibi ex ea
re auxilium pararet. conuocato pp̄ contione habita. cohort-

tatur omnes: ut portæ apererentur se in Caesaris clemen-
tia magnam spem habere. Itaq; portis patefactis utica egres-
sus: Cesari imperatori obviam proficiscitur. Messala ut e-
rat imperatum uticam peruenit: omnibus portis custo-
dias ponit. Caesar interim ab thapso progressus iulseta
peruenit. Vbi Scipio magnum frumenti numerum armo-
rum telorum ceterarumq; rerum cum paruo presidio habu-
erat. Is adueniens potitur: deinde in adru mentu peruenit.
Quo cum sine mora introisset: armis frumento pecuniaque
desiderata. Q. Ligario & C. considij filio qui tum ibi fuerat
vitam concessit. Deinde eodem die adru mento egressus:
hummelo regulo cum legione ibi relicto uticam ire conte-
dit: Cui in itinere fit obuius. L. cesar. & subito se ad genua
proiecit: vitamq; sibi: neq; amplius quicq; deprecatur: Cui
cesar facile & pro natura sua & instituto concessit. Item
cecimne: ceteio. petreio. L. celle patri & filio: m. oppio. m.
aquinio catonis filio: damasippiq; liberis ex consuetudine
sua tribuit: Circiterq; noctem luminibus accensis utica
peruenit: atq; ea nocte extra oppidum mansit. Postero
die mane in oppidum introit: contioneq; aduocata uti-
censes incolas cohortatus gratias pro eorum se erga stu-
dio egit. Cuius autem romanos negociatores & eos qui
inter. ccc. pecunias contulerant uaro & scipioni mul-
tis uerbis accusatos: & de eorum sceleribus longiore ha-
bita oratione: ad extremum ut sine metu prodirent
edicit: se eis duntaxat uitam concessurum: bona quidem
eorum uenditurum: ita tamen ut qui eorum ipsa bona
sua redemisset: se bonorum uenditionem indulturum: &
pecuniam mulctæ nomine relaturum: ut incolumitatez
retinere posset. Quibus metu exanguibus: de uitaq; ex

suo promerito desperantibus subito oblata salute libentes
cupidiq; conditionem acceperunt: petieruntq; a cesare ut
uniuersis. ccc. uno nomine pecuniam imperaret. Itaq; bis
millies sextertio iis imposto ut p̄ trienniu sex pensionibus p̄
ro. solueret. Nullo eorum recusante ac se eodem die demu
natos predicantes: leti gratias agunt cesari. Rex intery
luba ut ex prelio fugerat una cum petreio interdum in uillis
latitando: tandem nocturnis itineribus confectis in regnu
peruenit: atq; ad oppidum Zamam ubi ip̄e domiciliu co
iuges liberosq; habebat. Quo ex cuncto regno omne pecunia
carissimalq; res comportauerat: qd̄q; inito bello operibus maxis
munerat: accedit. Quem antea oppidani rumore exor
tato de cesaris uictoria audito obhas causas oppido probi
buerunt: quod bello contra tempu suscepto in oppido Za
me lignis congestis maximam in medio foro piram constru
xerat: ut si forte bello foret superatus: omnibus rebus eo coa
ceruatis: deinde ciuib; cunctis interfectis: eodemq; proiectis
igne subiecto: tum demum se ip̄e insup interficeret: atq; una
cum coniugibus ciuib; cunctaq; gaza regia cremaretur.
Postq; luba ante portam diu multumq; primo minis pro im
perio egisse cu zamensibus: deinde cu se parum profice
re intellexisset: precibus oralla: uti se ad suos deos penates
admitteret. Vbi eos perstare in sententia animaduertit: nec
minis nec precibus suis moueri quo magis se recipent. Tertio
petit ab eis ut sibi coniuges liberosq; redderent: ut secū eos
asportare. Postq; sibi nihil oppidanos omnino responsum red
dere animaduertit: nulla re ab eis impetrata ab zama dis
cedit: atq; ad uilla suam cu m. petreio paucisq; equitibus
se confert. Zamenses interim legatos de iis rebus ad cesa
rem utica mittunt: petuntq; ab eo uti ante q rex manam

colligeret. se seq̄ oppugnaret sibi auxilium mittere. se tantū
 paratū esse sibi quoad uita suppeteret. oppidum seq̄ reserua-
 re. Legatos collaudatos cesar domū iube antecedere. ac suū
 aduentū p̄nunciare. Ipse postero die utica egressus cum
 equitatu in regnum ire contendit. Interim in itinere ex
 regis copijs duces complures ad cesarem ueniunt. orantq̄ ut
 sibi ignoscat. Quibus supplicibus uenia data. Zamā p̄ueniūt.
 Rumore interim plato de eius lenitate clementiaq̄. propemo-
 dum om̄es regni equites Zamā p̄ueniunt ad cesarem.
 ab eoq̄ sunt metu piculoq̄ liberati. Dum hęc utrobicq̄ gerunt̄.
 confidius qui Tuldre cū familia sua gladiatoria manu getu-
 lisq̄ p̄gerat. cognita cede suorum. domiciūq̄ & legionū ad-
 uentu perterritus desperata salute oppidum deseruit. seq̄
 clam cū paucis barbaris pecunia onustus subducit. atq̄ i re-
 gnum fugere contendit. Quem getuli sui comites in iti-
 nere. p̄eds cupidi concidunt. seq̄ in quascūq̄ potuerit par-
 tes conferunt. Cumq̄ interim uirgilius postq̄ tēra mariq̄
 clausus se nihil proficere intellexit suosq̄ interfectos aut fu-
 gatos. M. catonem uticę sibi ipsi manus attulisse. regem
 uagum ab suis desertum ab om̄ibus aspernari. Saburram
 eiusq̄ copias absitio esse deletas. Uticę cesarem sine mora
 receptum. de tanto exercitu reliquias esse nullas. que sibi
 suisq̄ liberis prodesse. à caninio procons. qui eum obside-
 bat. fide accepta. seq̄ & sua om̄ia & oppidū procons. tradit.
 Rex interim ab om̄ibus exclusus. desperata salute cum iam
 conatus esset cum petreio ut per uirtutem interfecti esse
 uiderentur. ferro inter se depugnant. ac firmior im-
 becilliozem iuba petreium facile ferro consumpsit. Dem-
 de cum ipse conaretur. gladio traicere pedus neq̄ posse
 p̄cibus à seruo suo impetrauit ut se interficeret. idq̄ ob-

tinuit. L. litius interim pulso exercitu Saburæ præfecti Iubæ
iplosq; interfecto cū iter cum paucis p mauritaniam ad cæsa-
rem faceret. forte incidit in faustum Afraniūq; qui eam
manū habebant: qua uticam diripuerant iterq; in hispaniā
intendebant. & erant nūo circiter .m. d. Itaq; celeriter noc-
turno tempore insidijs dispositis eos prima luce adortus præ-
ter paucos equites qui ex primo agmine fugerant. reliquos
aut interfecit aut in deditiōem accepit. Afraniū & faul-
tum cū coniuge & liberis uiuos capit. Paucis post diebus disse-
sione in exercitu orta. faustus & afranius interficiūtur. Lon-
peis cū fausti liberis cæsar incolumitatē suāq; omnia concessit.
Scipio interim cum damasippo & Torquato & plerōrio
rustiano nauibus longis diu multūq; iactati. cum hispa-
niam peterē ad ipsonem regium deferuntur. ubi clas-
sis L. litij ad id tempus erat. in qua pauciora ab amplio-
ribus circūuenta nauigia deprimuntur. ibiq; Scipio cū
quo pauloante nominauit interiit. Cæsar interim Za-
mæ auctione regia facta bonisq; eorum uenditis qui
ciues romani contra populum ro. arma tulerant. premi-
isq; zamensibus qui de rege excludendo consiliūq; ce-
perant. tributis. uedigalibusq; regis togatis. ex regnoq; pro-
uincia. atq; ibi crisposalustio procons. cū imperio relicto. ipse
Zama egressus uticam se recepit. Ibi bonis uenditis eorū
qui sub Iuba petreioq; ordines duxerant. itemq; thapsianis
sh. xx. conuentui eorū sh. xxx. in adrimetenis sh. xxx. sh. l.
multæ nomine imponit. Ciuitates bonaq; eorū ab omni
iniuria rapinisq; defendit. Leptitanos quorum superiori-
bus annis bona Iuba diripuerat. & ad senatum questi p
legatos atq; arbitros a senatu datos sua receperant. xxx.
centenis milibus ponderibus olei in annos singulos mulctat.